CONTENTA IN HOC OPUSCULO. VETUS EDITIO ECCLESIASTAE. OLYMPIODORUS…

Olympiodorus : Alexandrinus diaconus (diaconus), Aristeas, ...

604.4

ℂ CONTENTA IN HOC OPUSCULO

∴

ℂ VETVS EDITIO ECCLESIASTAE.

ℂ Olympiodorus in eccleſiaſten inſerta noua tralatione interprete Zenobio Acciaiolo Florentino.

ℂ Ariſteas de lxxij legis hebraicæ interpretatione interprete Matthia Palmerio Vincentino.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1879

ℂ PARISIIS
In officina Henrici Stephani e regione Scolarũ Decretorum.

∴

¶FRATRIS ZENOBII ACCIAIOLI ORdinis prędicatorū pręfatio in tralationē Olympiodori ſup Eccleſiaſtē Salomonis Ad Reuerēdū in Chriſto Patrē.D. Guillermū Bricōnetū Epiſcopū Lodoueñ.

EX litteris tuis certior factus rem tibi nō ingratam eſſe facturū:ſi quis Olympiodori gręca ſcholia in Salomonis eccleſiaſten latinitate donaret.Nō ſum paſſus Venerāde pater/me a quoq̄ alio preuenuiri.nō ꝙ egregiam pręter cęteros operam me in ea re pręſtare poſſe cōſiderem/meę tenuitatis apprime conſcius:ſed ꝙ ex mea erga te pietate q̄cquid petenti tibi gratificari poſſē/ſtatim me id debere cognoſcerē. Acceſſit autē ꝙ Olympiodori liber apud vnam duntaxat bibliothecam/quaſi totius Italię monopolium rarus extat ac vetuſtiſſimus:vt non ſine ruditatis ac inertię nota tranſiturū fuerit/ſi e penetralibus noſtris per alienas potius q̄ per noſtras tibi manus traderetur/quaſi nos deceret in hoc officij actu ſurdā gerere tacitāq; perſonā/ſerinijq; tantū vices ac non etiam partes amici exhibere. His itaq; cauſis adductus:eū tibi latinum reddidi. Aggreſſus quidē per interregni dies.cum patres noſtræ ſocietatis/annua creando vicario generali/celebrarēt comitia. mox autē perſequutus in ſuburbano receſſu:quē mihi amantiſſimi patres mei per ſirianos eſtus commodiſſimum conceſſerunt. Spero autē librum hunc duplici nouitate in tuā gratiā initurū.Nam et inſuetam latinis auribus Aquilę/Teodotionis et lxx ſuſcipit tralationē:et in ea enarrāda plęraq; (ſicut oportuit) indicta noſtris atq; intacta ſcriptoribus protulit.nō inficias tamen iueri/permulta ab eo ſcribi:quæ diui Hieronymi ſuper eccleſiaſten cōmentarijs valde

conueniunt, quo maior illi et debet fides auctoritaſq; accedere: qui cum tanto diuinæ ſcripturæ facit expoſitore. Ceterum me in eo vertendo ea potiſſimum ratio alacrē fecit: q videre labores meos illi me dedicare/ qui caſtiſſima vitę diſciplina/ quę apud Salomonē de contemptu mundi perlegeret/ nequaq̄ ſineret per ianes aures traiecta diffluere. ſed retēta fideli animo/ ac ſepius repetita: probis quoq; actionibus vſurparet ac in vſum vite traduceret. Neq; enim latere diu nos potuit/ quāuis longo terrarū ſpatio abs te ſeiunctos/ ſeceſſus iſte tuus a curiali tumultu/ ac trāquilla pectoris tui quies/ Pariſienſiq; in gymnaſio ſummū theologiæ ac bonarum artium ſtudium: quę ad nos haud incerto rumore/ ſed Capponum tuorū celebri teſtimonio perferūtur. Mitto autē quanto deſiderio tenearis/ vndecunq; tibi libros q̄ratiſſimos comparandi quantoſq; in his deſcribendis facias ſumptus vt his Sapiētie theſauris auctior indies locupletiorq; euadas. Sed laudādi tui partes alijs relinquemus: ne videamur tā cito noſtri eccleſiaſtę obliti eſſe/ qui cum ceteris ſapientibus optime cēſet/ laudem/ que ab hominibus oriatur/ vanitatem eſſe fumūq; vaniſſimū. Quod tamen eſt huius loci ac temporis nō tacebo: iure optimo nūc factū eſſe/ vt cū tu quoq; procul ſeceſſeris a mundi ſalo curiçq; vorticibus/ liber hic tibi de contemptu mundi deſtinetur ab eo: qui rurſū mūdi pōpis renūciauit/ vt nudū in cruce filiū dei nudus expedituſq; ſequeretur. Quo etiā tibi carior eſſe debet: cū nullo mercedis aucupio ad te vēiat/ ſed charitate ſola īpellente quę ſatis magnā referri ſibi gratiā putat: ſi perſuadere cuiq̄ poſſit/ vt deum creatorem ſuū toto ex corde/ mēte et anima diligēdū ſuſtipiat.

¶ Veteris tralationis eccleſiaſtæ. Caput I

VErba eccleſiaſtis filij dauid regis hie-
ruſalem. Vanitas vanitatum dixit ec-
cleſiaſtes: vanitas vanitatum et omnia
vanitas. quid habet amplius homo de
vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſo-
le/ generatio pręterit/ et generatio ad-
uenit; terra autem in ęternum ſtat. Oritur ſol et occi-
dit: et ad locum ſuum reuertitur. ibiq; renaſcẽs gyrat
per meridiem et flectitur ad aquilonẽ: luſtrans v ni-
uerſa in circuitu pergit ſpiritus/ et in circulos ſuos re-
uertitur. Omnia flumina intrãt in mare: et mare non
redundat. Ad locũ vnde exeunt flumina/ reuertũtur:
vt iterum fluant. Cunctę res difficiles: non poteſt eas
homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus viſu:
nec auris auditu impletur. Quid eſt quod fuit? ipſum
quod futurum eſt. Q uid eſt quod factum eſt: ipſum
quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum: nec va-
let quiſq̃ dicere ecce hoc recens eſt. Iam enim pręceſ-
ſerũt in ſęculis quę fuerunt ante nos. Non eſt priorũ
memoria: ſed nec eorum quidem quę poſtea futura
ſunt erit recordatio/ apud eos qui futuri ſunt in no-
uiſſimo. Ego eccleſiaſtes fui rex iſrael in hieruſalem:
et propoſui in animo meo quęrere et iueſtigare ſapi-
ẽter de õnibus quę fiunt ſub ſole. Hanc occupationẽ
peſſimam dedit deus filijs hominũ: vt occuparentur
in ea. Vidi quę fiunt cuncta ſub ſole; et ecce vniuerſa
vanitas et afflictio ſpiritus. Peruerſi difficile corrigũ-
tur: et ſtultorum infinitus eſt numerus. Locutus ſum
in corde meo dicens: ecce magnus effectus ſũ/ et pręceſſi õnes ſapientia qui fuerunt ante me in hieruſalẽ.
et mens mea contemplata eſt multa ſapienter: et didi-
ci/ dediq; cor meũ, vt ſcirem prudẽtiã atq; doctrinã/
erroreſq; et ſtultitiã. et agnoui q in his quoq; eſſet la

Eccleſia
ãcipitẽ h
bet iſlex
nẽ: vt p
phetes/ p
raphraſt
metaphi
ſtes & ſu
les dictu
nes. In q
bus: nu
prima/ n
ſecũda v
tur: ẽtia
tẽ, inflex
ne / vetu
vſ9 eſt ite
pres.

bor et afflictio ſpiritus: eo ꝙ in multa ſapiētia multa ſit idignatio. & qui addit ſcientiam: addit et laborem.

¶ OLYMPIODORI EXPOSITIO IN ECCLESIASTEN SALOMONIS. ARGVMENTVM PRIMI CAPITIS.

RErum certā cognitionē cū a deo Salomon accepiſſet/ qui fuit filius Dauid non ſolū carnis progenie/ ſed imitatione virtutis: triplici ipſas diuiſione partitus eſt/ in morales ſcilicet/ ac naturales/ & eas quę intellectu ſolo percipiūtur. Ac morales quidem tradidit in prouerbijs: naturales autem in eccleſiaſtę ſententijs/ intelligibiles vero in cātico canticorū. eſt tamen īuenire et ī eccleſiaſte moraliū iterſperſam doctrinam/ et rerū naturalium in prouerbijs: cum tamē ſuę ac proprię ſingulis diſcretę ſint. Canticum vero canticorū totum prorſus vbiqꝫ de intellectualibus diſſerit: ſpectatqꝫ ad allegoricum ſenſū. Sed et in ipſo eccleſiaſte ac in prouerbijs: eſt itē inuenire quę intellectualia ſunt. Se vero ipſū eccleſiaſten hoc ē concionatorem Salomon nominauit: tāꝗ cunctos mortales in eccleſię cetum vocans et in concordiam flectens/ ac in communi phyſicam rerum ſpeculationem tradens. Illud quoqꝫ ſciendū eſt ſapientem hunc noſtrū eccleſiaſten modo e ſua ipſius loqui perſona/ modo eius perſonam gerere/ qui ea quę in mundo ſunt attonitus admiretur. Atqꝫ hęc quidem vt in pręuio quodam proſpectu dicta a nobis ſint. Primū vero caput hęc ferme complectitur. Eccleſiaſtæ genus narrat et dignitatem. tum vero et ciuitatem ipſam: in qua regia illi conſtituta erat. Decernit autem atqꝫ oſtendit quęcunqꝫ in hoc mundo ſunt/ vanitatem eſſe. Non ꝙ omnia damnet atqꝫ accuſet: verum potius cōſilia hominū reprehendat/ qui in hoc mūdo ſpem ſuam collocaſſe videntur. docet autē et de ſolis ipſius motu. Primo quidē lectionis occurſu/ phyſice loquens: cum tamē ad theologicam allegoriam ſua mens intentioqꝫ pertineat. Idem īquit et de fluminibus quę in mare prorūpunt neqꝫ illud complent. hinc vero etiam docet in rebus quas creauit deus/ nihil eſſe recens ac nouum: ſed eas eum tueri locū/ quē ab opifice deo ſemel ſortitę ſunt. neqꝫ vero oculum expleri poſſe aſpectu. neqꝫ penitus ſcire homines prima preteritorum/ neqꝫ futurorū poſtrema/ laborioſamqꝫ occupationem filijs hominū deum dediſſe. agere autem homines quęcūqꝫ agant nulla quidem neceſſitate/ electione autē ſpiritus: hoc eſt proprię libertatis. Quodqꝫ peruerſū eſt. donec in ſua prauitate perſiſtat concinnari corrigiqꝫ nō poſſe. vt autē ſermoni ſuo fidem auctoritatēqꝫ concilier vtpote qui oīa quę in mūdo ſunt vana eſſe affirmat. docet ſe ſapientē et regē diuitēqꝫ fuiſſe/ vt ita facilius ī animos legētiū irrepat vanitatē cūcta appellans. Docet etiā in multitudine ſapiētiæ/ multitudinē eſſe

cognitiõis. meminitq́ʒ de inũdi huius letitia. Cõtenditq́ʒ ſi fieri
poſſit: vt rationalis ſubſtãtiæ que nobis ineſt/ ſaluã fieri carnẽ.

¶ COMMENTARIVS PRIMI CAP.

» VErba. Cuncta ſcilicet hęc verba ſapientis eccleſiaſtæ/
eruditẽtis nos aſpernari vitę hui⁹ vanitatẽ/ auditorẽ
cõuertũt atq́ʒ hortanť ad verbũ fidei: quę eſt ĩ chriſtũ
» deum noſtrũ. Eccleſiaſtæ. tanq̃ in eccleſia dei verba
ſapiẽtię cuſtodiãtur. Eccleſiaſten ſc Salomõ nomina
» uit. Filij dauid. Suũ gen⁹ ac dignitatẽ refert eccleſiaſtes: vt ad
perſonęauctoritatẽ animũ conuertẽtes / promptiores reddamur
ad doctrinã ſuſcipiẽdã. Q̃d aũt ſpectat ad latentẽ ſenſũ: ita itel- Senſus
» lige. Dauid. iterpretatur manu fortis. Manu autẽ fortis/ eſt oĩa myſticus.
cõtinẽs de⁹. huius vero filius dñs noſter ieſus chriſt⁹: verus eſt
Eccleſiaſtes/ qui ex omnibus gentibus populiſq́ʒ duobus/ vnam
» ſibi fecit eccleſiam/ quęq́ʒ regnat in vero iſrael. Iſrael nanq́ʒ in-
terpretatur mens videns deum: in viſione pacis regiam ſedem
habens. iuxta quod ſcriptũ eſt: et factus eſt in pace locus eius.
hieruſalem ſiquidẽ pro viſione pacis accipitur. ipſe igitur ma-
nifeſte nos docet voluntatem hominum/ quę circa mundana
verſatur/ vanitatem eſſe. quam et diffuſius vanitatum vanitatẽ
» appellat. Quid habet homo amplius in omni labore ſuo quo
» laborat ſub ſole? Omnes quidem homines ſub eodem ſole ver-
ſamur. eorum vero qui laborant/ alij quidem vires intendunt
ſuas/ ob ea quę ſolem ſupereminent/ vt cęleſte regnum in here-
ditatem accipiant. alij vero ob ea laborant/ quę ſunt ſub ſole/
vt ianem ſcilicet gloriã vel pecunias/ dignitatemue acquirãt.
Quid igitur (inquit) homine homo amplius habet ĩ eo labore
quo laborat ſub ſole: quando omnes relicta preſẽn vita cõmu-
» nẽ mortẽ ſubimus. Generatio preterit & generatio aduenit: ter
» ra autẽ ineternũ ſtat. Eorum quę creata ſunt/ alia quidẽ durant Senſus
abſq́ʒ ſucceſſiõe/ cũ preſẽti ſæculo ſimul extenta / veluti cęlum/ litteralis.
terra/ aſtra/ & ſol: alia vero corrumpũtur ac pereũt/ ſed generis
ſucceſſione ſeruantur/ vt homines ſũt/ vt aues/ vt piſces ac plã-
tæ. Quid igitur homines laboratis circa terrena/ quando ipſa
terra ſenſu carẽs elemẽtũ in lõginquũ tẽpus perdurat: vos autẽ
ſecũdum generationem peritis? Aut ita intellige. Terra quidẽ Moraliter.
ineternum ſtat. accuſatrix veſtri effecta: in qua nefaria opera Alegorice.
perpetraſtis. Myſtico autẽ ſẽſu. Generatio autẽ preterit: Iudeo-
rum ſcilicet eiecta & repulſa. Generatio vero aduenit: eorũ ſci-
licet qui in chriſtũ crediderunt. Sacra vero ſcriptura. terra nũ-
cupatur. Inſtar eni terrę immobilis eſt/ fructus gignit/ omnibus
pater/ ac omnes accipit/ veteriq́ʒ ac nouo teſtamento ſubnixa
manet in ſęculũ/ immobiles habẽs & iuſtorum promiſſiones/ &
» quę peccatoribus repoſita declarãtur ſupplicia. Oritur ſol et in
» locum ſuum aſpirat. Certum ſolis curſum/ diſpoſitũq́ʒ oſtendit:

vt nos ad illius cõtemplationẽ attollat/ qui fabricatus eſt ſolẽ.
3 Eſdræ. 4 mouetur autem circulari motu: vt nonnulli arguunt ex verbis
Eſdræ ita dicẽtis. magna eſt terra et excelſũ eſt celum/& velox
curſu eſt ſol: & vertitur in circulo cęli/& in vna die ad locũ ſuũ
reuertitur. Quaſi dicat hic etiam ſol q̃libet magnus: ad ſolẽ iu
ſtitiæ comparatus/vanitas eſt. Myſtico autẽ ſenſu: ita intellige.
Moraliter. Oritur ſol in cordibus fideliũ: dirigens adhuc proficientes/ ad
ea quę agẽda ſunt. ſed et in ipſis occidit: quãdo altitudines ſen
tẽtiarũ inquirũt/atq; ita maius deſideriũ cognitionis illis accẽ
Allegorice dit. Aliter. Oritur ſol. Vnigenitũ dei verbũ e paterno ſinu oc„
cidit in nouiſſimis diebus/ad occaſũ vitę huius: carne aſſũpta/
θεοτοκου: ſuã quodãmodo diuinitatem occultãs. ipſis quidem fidelibus/
deiparã di- deus immutabiliter factus homo cognoſcebatur: ab infideli-
xi exẽplo bus autẽ ſimplex ac merus eſſe homo putabatur. Oritur iuſu-
ouidij. qui per ex deipara Maria ſecũdũ carnẽ. occidit aũt ad inferni ima de
faſtis ſic ait ſcẽdẽs. Sed & ruſus exoritur: a mortuis ſurgẽs. Quibuſcunq;
Curua ge- autem modis hunc ſolem conſideres/ omnes fideles trahit ad
melliparæ regnũ cęlorum: veriſſime teſtatus. Cum autem exaltatus fue„
ſpicula fer- ro: omnia trahã ad meipſum. Ibi ipſe oriens tranſit ad notũ: &„
re deę. flectitur ad aquilonẽ. Climata explicat. quę ſol percurrit. Sym-
Senſus my bolice autẽ contemplando/ poteris notum intelligere qui a ca
ſticus. lida mundi regione ſpirat: pro inſita hominibus rationali pru
Moralis. dẽtia/quę nequã torpet/ſed quaſi ignea feruẽſq; eſt. Aquilonẽ
vero: pro fortitudine. eſt enim vẽtus hic acer & expeditus. libẽ
pro temperãtia/que infrigerat voluptates corporis et exiccat.
apelioten vero ſeu ſubſolanũ: pro ipſa iuſtitia/que per omnes
comeat extenditurq; virtutes. oẽs igitur animæ regiones illu-
Allegorice ſtrans: interno ſplendore radiat ſol iuſtitie. Aliter. Deus ver-
bum carne aſſumpta: villas et ciuitates ad notum conſtitutas
ipſe ſuis pedibus circuiuit. Per apoſtolos autem: boreales pla-
gas. e gentibus itaq; eccleſiam congregans/omnia demum col
Aliter ſecũ luſtrans: omnes ad ſalutem cõuertit. Luſtrãs in circuitu pergit „
dum litte- ſpiritus. et in circulos ſuos reuertitur. Litterali quidẽ ſẽſu: ſpiri- „
rã gręcam. tum vocat ſolem/ propter motus velocitatem. nonnulli tamen
Gyrãs gy- e gentilium opinione ita exponunt: quoniam ij putant ſolem
rando va- anima preditum eſſe animal. Myſtico autem ſẽſu. Spiritus ſan-
dit Spirit9 ctus apoſtolis iſuſus: circuire illos terras omnes faciebat/et euã
in circulos gelium prędicare. Sed et eoſdem apoſtolos induxit: vt cõuerſo
Allegorice itinere redeũtes/eos inuiſerent quos prius in doctrina fidei eru
Litteragrę dierant/vt in actibus apoſtolorum plane inuenies. Omnes tor- „
ca. & mare rentes intrant mare: et mare nõ redundat. Mos eſt diuinę ſeri- „
non eſt ple pturæ vt omnes pro pleriſq; accipiat: Iuxta illud, oẽs declina-
num. uerunt/ſimul inutiles facti ſũt. neq; enĩ iuſti/ neq; prophetę de-
clinauerunt. Eſt igitur admirari ſapiẽtiam creatoris: quonã pa-
cto hoc fiat/ vt pleriſq; fluuijs mare itrãtibus/ ipſũ tamẽ in ter-

minis ſuis cõſiſtat. Myſtice autẽ: flumia ſũt apoſtoli iuxta quod Allegorice
ſcriptũ eſt. et torrẽte voluptatis tuę potabis eos. Mare autẽ intel Pſal.
ligitur præſẽs vita: iuxta illud. hoc mare magnũ et ſpacioſum.
Euangelici itaq; apoſtolicię ſermones: in dulcorẽ mutãt huius Nõ omnes
vitæ ſalſedinẽ. verũ mare hoc nequaq̃ ĩpletur. neq; enĩ omniũ credũt qui
fides eſt. Moraliter autẽ. Quaſi propoſito exẽplo: ſubinnuit eos audiunt.
homines/ qui inexplebilis auaritiæ morbo laborãt. Inſatiabile Moraliter.
nãq; illorũ deſideriũ non expletur/ quãq̃ more torrentũ vndiq;
,, ad illos diuitię cõfluant. ad locũ vnde exeunt flumina reuer= Littera grę
,, tũtur: vt iterum fluãt. Amos propheta inquit. qui vocat aquas ca habet
maris et effundit eas ſuper faciẽ terræ. videtur itaq; hoc loco torrentes.
phyſicas adducere rationes: q; videlicet aquą maris a nubibus
inde attracta et in terrã effuſa faciat ipſos torrentes. Inquit igi=
tur e mari torrentes fluuijq; exorti: rurſus in illud reuertuntur.
Myſtico autẽ ĩtellectu. Ad locũ vnde apoſtoli exierunt: illuc fe Allegorice
cerunt vt fideles conuerterentur/ ad deum videlicet vt in lumi
ne domini poſtea ambularent. Aliter. Qui e virtute in vicium Moraliter.
ac maliciam decidũt: torrẽtum ac fluuiorum more ex alto quo=
dam loco in preceps/ cõcauumq; ac terreſtre delabũtur. Poſſunt
tamẽ et cum ad ipſũ iam viciũ peruenerĩt reſipiſcere ad penitẽ
tiam redeũtes: et per conuerſionem reuerti iterum in viam/ quę
,, perducit ad paradiſũ/ vnde homo primus eiectus fuit. Cũctę ra
tiones difficiles: nõ poterit homo eas explicare ſermone. Ratio=
,, nes/ quę de certa rerũ cognitiõe afferẽdę ſunt: magnã difficul=
tatẽ habẽt. eo q; non poſſunt homines quãtumuis magna pol=
lentes ingenij vi: rerũ omniũ abſolutã cõſequi cognitionẽ. Ali= Allegorice
ter. Omnes rationes/ tã quę ad ſecularẽ/ q̃ quę ad diuinã ſapiẽtiã
pertinent: non ſine labore tradi poſſunt. ſeculares tamẽ ac mun=
danæ ſcientię: plerũq; diſcẽtibus detrimẽtum adducũt. Sciẽtia
vero dei ac diuinus ſermo/ ſẽper eſt vtilis: quẽ tamen non pote=
rit homo pro dignitate explicare/ licet alioquin prudens ſit/ niſi
qui accepit donũ doctrinę/ ſapientięq; ſermonẽ. Aliter. Sẽper fe= Moraliter.
re diuini verbi doctores laborãt/ atq; in anguſtia ſũt: ac plerũq;
ab ipſa doctrina retrahũtur/ cum fruſtra ſe videant operã inſu=
mere/ ac laborẽ ſolum lucrari ob auditorũ inobediẽtiam ac deſi
diam. Prędicationis itaq; officiũ deterret eos: qui cũ negligẽtia
audiũtur. Aliter. Oportet prius facere. ac deinde alios docere. la Moraliter.
bor eſt itaq; non vulgaris atq; exiguus/ ſed valde periculoſus:
quẽq̃ alios ea docere/ quę prius ipſe nõ fecerit. Quapropter ho=
mo perfectus ac prudens: cum rei magnitudinẽ contemplatur
ab ipſa prędicatione reſilit ac retrahitur. non ſaturabitur oculus
viſu: neq; auris auditu implebitur. Verba hec ſecũdum phyſicã Phyſice.
rationẽ ita exponi poſſũt: videlicet. neq; oculus vniuerſam ſen=
ſibilẽ creaturã mundiq; machinã poteſt complecti: neq; cuiuſq̃
mẽs omnes capere rationes atq; ſermones / qui de illa explica=

ri poſſet. Quia videlicet deeſt homo: qui de ijs loquatur ac do-
ceat. Aliter. Oculi hominũ cũ valde agiles ſint ac quodãmodo
Moraliter. lubrici: ad concupiſcẽtiã proni ſunt/ neq; expleri poſſunt. Sed &
qui pruritũ auriũ patiũtur: ſemper quidem res nouas diſcere ge
ſtiunt et affectant/ nũq̃ tamẽ curant ad veritatis notitiã perue-
nire. Quapropter et diuini verbi precones nõ parũ laborant. vt
aures oculoſq; diſcẽtiũ modeſtos temperatoſq; efficiant. Aliter.
Phyſice. Audiendi ſenſus ac videndi: principales regijq; ſunt/ ac cetero-
rum ſenſuũ maxime rationales, proprias nanq; operationes/ hu
manæ vitæ perutiles ac neceſſarias/ ſine vlla ſacietate efficiunt.
Guſtus autẽ odoratus ac tactus: citius fatigãtur/ ac tedio affici-
untur. Quid eſt quod fuit? Ipſũ quod futurũ eſt. Quid eſt quod „
factum eſt. ipſũ quod faciendum eſt. Creatarum rerum alię qui- „
dem vnigenæ ſunt/ ideſt ſemel creatę ſucceſſionẽ non habiturę:
vt ſol/ vt luna/ vt quę perpetuo durant. Alię vero per ſucceſſionẽ
cõſeruãtur/ quę videlicet ſũt ſub ſole: vt animalia ipſa ac plãtæ/
quę generationi ſubiacent et corruptioni. De huiuſmodi ergo
creaturis/ quas ſucceſſio ſeruat: habetur hic ſermo. homo ſiquidẽ
natus eſt oli/ fuitq; ab initio: quo defuncto alius generatur. Itẽ
Lra greca et planta fuit: planta enaſcitur. Et non eſt aliquid recens ſub ſo „
le. neq; qui dicat ac loquatur/ ecce hoc nouum eſt. iam preceſſe „
runt in ſęculis quę fuerunt ante nos. Sęculum quandoq; ſpaciũ
vite humanę ſignificat: iuxta illud. Nõ comedam carnẽ in ſęcu
Anagogice lum id eſt in tota vita mea. et alibi erit tibi ſeruus in ſęculum.
Quãdoq; autem perpetuam temporariam durationem mundi
huius ab initio creationis vſq; ad finem. Dicit ergo nihil eſſe
nouum in ſucceſſionibus hominum/ animalium ac plantarum.
Aliter etiam. Qui probi officioſiq; fuerint in hac vita: in futu-
ro ſęculo coronantur/ puniuntur autem ſceleſti. Quid eſt igitur
quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quaſi dicat officioſe quiſ-
piam vixit: premia virtutis accipiet. Sceleſte alius vixit: ſui fla
gitij pœnas dabit. Quę igitur in futura vita et ſęculo nobis ad-
Aliter ſcđm uenient: premia illorum erunt quę in hac vita ſęculoq; precceſ-
cẽm hiero- ſerint. Non eſt primis memoria: ſed nec eorum quidem qui po- „
nymũ non ſtremo futuri ſunt erit recordatio/ cum ijs qui futuri ſunt in no „
eſt mẽoria uiſſimo. Particularia ſingulorum hominum facta/ quę in tota
primis et vita geſſerunt/ ſunt quodammodo infinita: vt eorum meminiſſe
quidẽ no- nequaq̃ poſſimus. Sed neq; ſcimus ea quę poſteri ac venturi fa
uiſſimis q ciẽt/ hoc eſt ignoramus quę ſigillatim cũcti homines ab initio
futuri ſunt mundi fecerint. Neq; eni cum illis in vita fuimus: ſed neq; eo-
nõ erit me- rũ qui poſt nos futuri ſũt cognitionem habemus. Vniuerſalia
moria cũ eni fortaſſe quodãmodo poſſumus: particularia vero cũcta ſcire
ijs q futuri non poſſumus. Non eſt igitur primorũ memoria neq; in nouiſ-
ſũt in no- ſimis futurorum. Aliter. Qui officioſe vixerunt in hoc mũdo/
uiſſimo. mox celeſtis regni premium conſequuti: non habent in ſen-

159

ſu memoriam laborũ/quos in preſenti vita pertulerunt. ſed neq; ſenſu animoq; percipiunt damnatorum pœnam, non erit ita ꝗ ipſis memoria cum illis/ qui futuri ſunt in nouiſſimis: hoc eſt eorum qui tunc punientur. Non ꝙ vlla obliuio animas occupatura ſit: ſed quia ex preſenti volupeate/ dolorũ memoria ceſſabit, iuxta quod ſcriptum eſt, In die bonorum: obliuio eſt ma-
» lorum. Ego eccleſiaſtes fui rex iſrael in Hieruſalē. Quia nos adhortatur ſenſibilia cuncta deſpicere/ facilius autem conſilio illius creditur: qui ea contemnēda proponat/ quę ipſe poſſederit ac expertus fuerit/ ideo ſuam nobis expoſuit dignitatem/ vt cum attētione verba ſua accipiamus, et dedi cor meũ ad querēdum et ſpeculādum in ſapiētia de omnibus quę ſunt ſub ſole, et cum dei munere ſapientiam accepiſſem, totam meam intē dedi in cōſiderationē rerũ quę ſunt ſub ſole, Aduerte autē ꝙ eccleſiaſtes non contemplatur inacceſſibilia quę ſũt ſuper celũ/ ſed quę ſub ſole ſunt, inquit igitur non humana intelligentia ſpeculatus ſum: ſed ſapientia vtens quę mihi dono dei tradita
» fuit. Quoniā laborioſā diſtētionē dedit deus filijs hoim/ vt oc-
» cuparētur in ea. Filios hoim vocat: qui ad hęc terrena & vana hiāt attoniti/ iuxta illud qđ ī pſalmo legitur. Filij hoim vſquequo graui corde? Vidi igitur in ſapiētia ꝙ laborioſam occupationē dedit deus filijs hominũ, ad magnā enī illorũ vtilitatem factũ eſt: quod in cōparandis diuinis & in acquirenda inani gloria/ ac etiā in ijs quę vētri ac gulę gratificanē/ ſũmopere laborādũ ſit. Si eni labores et āguſtias tātas ſubim⁹ ac patimur/ vt poſſideam⁹ q̄ vana ſũt: quonā flagitij ac ſceleris nō pro gre deremur/ ſi hec ipſa ocioſis nobis vltro aduenirēt? vtiliter igiẗ data eſt hoibus hec difficilis diſtentio vel occupatio. Si autē et ipſa virtus cũ labore perficitur et hoc itē hominu putile eſt. Si enī quoquo te vertas et circa bonum et circa malum labotare oportet/ cōſequitur vero malũ punitio/ bonũ autē fruitio voluptaſq; ineffabilis: ſine vlla cōparatiōe ꝑoptādus eſt labor et occupatio circa bonũ. Preſetti vero officioſus vir qui vere vacat virtuti/ circa multa occupari nō debet: iuxta illđ euāgelij dictũ. Martha martha ſolicita es et turbatis erga plurima paucis vero eſt opus/ ac vnũ eſt neceſſariũ. Quo loco ītelligit de ꝑcēptis aut de charitate ꝑcepta oia continēte, vtiliter itaq; data eſt ho-
» minibus laborioſa atq; difficilis occupatio. Vidi q̄ ſiũt cũcta ſub
» ſole: et ecce oia vanitas/ et electio ſpiritus. Quęcũq; inquit faciunt hoies/ nō quę operātur eorũ bonorũ gratia quę ſũt ſuper ſolem/ atq; celeſtiũ/ ſed eorũ gratia q̄ ſunt ſub ſole/ corruptibilium ac terreſtriũ: oia vidi ꝙ vanitas ſunt, preter enim hoc/ ꝙ elabũtur ac euaneſcunt: etiā diſponũt hoies ad ſupplicia poſt preſentem vitam futura, quandoquidem nulla coacti neceſſitate hęc faciunt: ſed pręuia electiōe certoq; conſilio. Spiritũ ve-

Greci hoc loco vnam dictiōē proparoxitona πονηρόσ, quę non malā ſed laborioſam & difficilē ſignificat: ꝓq notat Olympiodorus.

Gręca lr̄a non habet afflictio ſpiritus: ſed electio προαίρεσισ πνεύματοσ, idest electio & volūtas aīmi

ro:hoc loco animã intelligit rationalem/quę liberi arbitrij po-
teſtate decorata eſt.Quod deprauatum eſt: adornari non po- "
Moraliter. terit.neq; quod deficit:poterit ãnumerari.Si ex perſona eccle- "
ſiaſtę verba hec accipis: ita intellige.qui praue obliquatus eſt/
et in vicium cecidit:dum in peruerſitate ſua perdurat virtutẽ
reſumere non poterit.Sin autem a vicio recedat: tũc virtutem
reſumit/Iuxta illud.declina a malo:et fac bonum.Sed neq; is/
Phyſice. cui deficit gratia dei:donec eſt in hoc defectu/penitentiã; nõ
ſubit/ poteſt inter pios annũerari.Aliter. Fuerunt nõnulli / qui
dicerent caſu fortuito mundum factum eſſe/ ac imperfectũ exi-
ſtere: ad quos Salomon ſe cõuertit dicens.quid nam deprehẽ-
ditur in hoc mundo quod imperfectum ſit atq; peruerſum/vel
ita vt emẽdari illud oporteat/Quid vero etiã deficit i vniuer-
ſo mundo/ vt addendũ annumerandumq; ſit/ Qz ſi verba hęc
accipis ex illorum perſona / qui perpẽdũt naturam hominum/
et qui dicunt quoſdam eſſe ita natura peruerſos vt emẽdari nõ
poſſint.i multis redarguimus eorum ſtultam opinionem.Nul-
Moraliter. lus enim natura eſt malus. igitur et Mattheus de teloneo ad
euangeliſtę dignitatem vocatus eſt.Sed et plurima in hoc mũ-
do/quę ignaris videntur noxia & mala/vt ſerpentes/vt leones
et his ſimilia: hominibus conducunt ad ſalutaria pharmaca.
& vt cõuertantur prudentioreſq; fiant animalium illorum ex-
emplo & cõparatione: cum dici ſibi audiũt/vade ad formicam
O piget.nec non vt verecundia afficiantur:cum comparari il-
Prouer. lis ſe ſentiunt.vt comparatus eſt iumentis inſipientibus. Nihil
eſt itaq; in hoc mũdo malum. ſed omnia commoda et vtilia.
Litteragrę Vidit enim deus (inquit ſcriptura) omnia quęcunq; fecerat/ et
a. " erant valde bona.Ne igitur dicaris O ſtulti.Quod prauum eſt
cõcinnari nõ poterit:neq; quod deeſt annumerari. Locutus ſũ
" in corde meo dicẽs ecce magnus effectus ſũ:et appoſui ſapiẽti-
" am ſuper õnes qui fuerunt ante me in hieruſalẽ.et cor meũ vi-
" dit multã ſapiẽtiã et cognitionẽ/parabolas & ſciẽtiã. Cognoui
ego ꝙ et hoc electio ſpiritus/ quoniã in multitudine ſapientiæ
" multitudo cognitionis: & qui addit cognitionẽ addit dolorẽ.
" Loqui aliquis dicitur in corde ſuo:cũ mẽtẽ ad cogitãdum ap-
" plicãs ſecũ diſputat et ratiocinatur.Collegi itaq; inquit/& ſub-
ducta ratione appoſuiſſe me vidi ſapiẽtiam / ſuper õnes qui me
precęſſerunt natu. Appoſui autẽ ſignificat profectu magno au-
ctam i eo fuiſſe ſapiẽtiã. Sapiẽtia vero:cognitio diuinarum hu-
manarũq; rerũ & cauſarũ quę ad eaſdẽ res pertinẽt. Cognitio
vero: eſt ſpeculatio de natura rerũ. et qui hac quidẽ prediti ſũt
cognitione:ſeſeipſos erudiũt/atq; ab ignoratiõe vindicãt.Qui
" vero ſermones ſapiẽtię diſcunt:alios quoq; homines veritatem
ſubide edocent. Sapiẽtiam vero & cognitionẽ: nõ iam vanita-
" tem eſſe dixit/ſed ſpiritus electionẽ.monẽs nos nequãq fati be-

Google

neſcio naſci/aut fieri homines ſapiẽtes: ſed ſapiẽtie deſiderio ac
» labore/ petitam͡q a domino deo ſapientiam conſequentes. Q. ſi
» quis adhuc ſcientie plus habere deſiderat: addat (inquit) & ſtu-
» dioſos labores. aut etiam ſic intellige. Qui adeptus ſcientiam cognitionem͡q delinquit: longe amplius puniendus eſt. Ideo qui addit cognitionem: addit et dolorem. Cum autẽ ſapientia ſit amplior q̃ ipſa cognitio ſiue ſcientia: merito inquit in multitudine ſapientie contineri multam cognitionem.

CAP. II.

Dixi ergo in corde meo/ vadã et affluã delicijs: et fruar bonis. et vidi q͡ hoc quoq͡ eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem: et gaudio dixi. Quid fruſtra deciperis? Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino carnem meam: vt animũ meũ trãſferem ad ſapientiam/ deuitarem͡q ſtultitiam/ donec viderẽ quid eſſet vtile filijs hominũ/ quo facto opus eſt ſub ſole numero dierũ vitę ſuę. Magnificaui opera mea. edificaui mihi domos et plãtaui vineas. feci hortos et pomaria. et conſeui ea cũcti generis arboribus. et extruxi mihi piſcinas aquarum: vt irrigarem ſiluã lignorum germinãtiũ. poſſedi ſeruos et ancillas: multam͡q familiã habui. armenta quoq͡ et magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in hieruſalem. coaceruaui mihi argentum et aurum & ſubſtãtias regum & prouinciarum. feci mihi cantores et cãtatrices et delicias filiorum hominũ: cyphos et vrceolos in miniſterio ad vina fundẽda. et ſup̃greſſus ſum opibus omnes qui fuerunt ante me in hieruſalem. ſapientia quoq͡ perſeuerauit mecum: et omnia que deſiderauerunt oculi mei non negaui eis. nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur: et oblectaret ſe in ijs quę pręparaueram. et hanc ratus ſũ partem meam: ſi vterer labore meo. cum͡q me conuertiſſem ad vniuerſa opera quę fecerãt manus meę/ et ad labores in quibus fruſtra ſudauerã: vidi in omnibus

vanitatem/ et afflictionem animi/ et nihil permanere
ſub ſole. Tranſiui ad contemplandam ſapientiam er-
roreſq; et ſtultitiam. Quid eſt inquam homo vt ſequi
poſſit regem factorem ſuum? et vidi ꝙ tantum pręce-
deret ſapientia ſtultitiam: quantum differt lux a tene-
bris. Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris
ābulat. Et didici ꝙ vnus vtriuſq; eſſet interitus: et dixi
in corde meo. ſi vnus & ſtulti & meus occaſus erit:
quid mihi prodeſt ꝙ maiorē ſapiētię dedi operā? locu-
tuſq; cū mēte mea: animaduerti ꝙ hoc quoq; eſſet va-
nitas. non eni erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtul-
ti in perpetuum: et futura tempora obliuione cuncta
pariter operiēt. moritur doctus: ſimiliter vt idoctus.
et idcirco teduit me vitę meę/ videntem mala vniuerſa
eſſe ſub ſole: et cūcta vanitatem et afflictionē ſpiritus.
Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meā qua
ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui: habiturus heredē poſt
me quem ignoro vtrum ſapiēs an ſtultus futurus ſit.
et dominabitur in laboribus meis quibus deſudaui
et ſollicitus fui. et eſt quicq̄ tam vanum? vnde ceſſaui/
renunciauitq; cor meum vltra laborare ſub ſole. nam
cum alius laboret in ſapientia et doctrina et ſollicitu-
dine: homini ocioſo queſita dimittit: et hoc quoq; va-
nitas et magnū malū. Quid enim proderit homini
de vniuerſo labore ſuo et afflictione ſpiritus qua ſub
ſole cruciatus eſt? cuncti dies eius doloribus et erum-
nis pleni ſunt: nec per noctem mente requieſcit ex
hoc nonne vanitas eſt? nonne melius eſt comedere et
bibere/ & oſtendere animæ ſuę bona de laboribus ſu-
is? et hoc de manu dei eſt. quis ita deuorabit: et deli-
ciis affluet vt ego? Homini bono in cōſpectu ſuo de-
dit deus ſapientiam et ſcientiam et letitiam: pecca-
tori autem dedit afflictionem et curam ſuperfluam/
vt addat et cōgreget & tradat ei qui placuit deo. ſed
& hoc vanitas eſt & caſſa ſollicitudo mentis.

COMMENTARIVS SECVNDI CAP. SECVNDVM LATINORVM DISTINCTIONEM.

Dixi in corde meo age iā periculū faciā in letitia et in bonis: & ecce hoc quoq; vanitas. riſum dixi circuitū: et dixi letitię/ quid ita hoc facis? Mundana (inquit) gaudia mecum reputans/ inſpexi num quid haberēt boni. et vidi demū ꝙ letari vel ob affluentiā diuitiarū/ vel propter gloriam/ aut aliquid eorum quę in mūdo ſunt: mera eſt vanitas. dixi autem huiuſmodi letitię (riſum enim hic letitiam intelligit) dixiq; huiuſmodi gaudio/ circumuagare a me longius et abſiſte. Quid ita hoc facis? hoc eſt quid me allicis vt huiuſmodi rebus gaudeā? Et enim vanitas mera eſt: ac nihil penitus aliud/ iſtis de rebus letitia et voluptas. Et conſideraui ſi cor meum traheret vt vinū carnem meam. Poculum quod bibentes haurimus: a conſpectu noſtro tollitur et euaneſcit. Conſideraui itaq; num in proſperitatibus mundanis voluptatibuſq; humana mens eſſe poſſit ita virilis ac fortis: vt abſumere ac delere valeat quaſi epotum vinum concupiſcentias carnis. Et cor meum pręceſſit in ſapientia & pollens in letitia donec viderem quale bonum filijs hominum: quod faciēt ſub ſole in numero dierū vite ipſorū. Eccleſiaſtes noſter cum a deo ſapientiam accepiſſet/ vimq; prudentię ſicut arenam maris: acutiſſima mētis acie prędicus poterat quidem diuinos tractare ſermones/ ac magna loqui myſteria: quod ipſū ſane cernitur pulchre efficere. Poterat autē & ingenij acumine: ad quęcūq; libuiſſet cōmode vti. Sicut enī aliquis acuto prędicus viſu: eadē oculorū vi modo ad honeſta & neceſſaria vtitur/ modo & laſciue abutitur. nulla quidem oculorū culpa & cauſa: ſed affectu et intentione peccante. Ita et is/ cui deus mentem ſapientia exornauit: ſiquidem vt decet dono dei vtatur/ res diuinas commode cōtemplatur. Sin vero ad terrena deprimatur: elangueſcit ac degenerat in dei bono: optime ſane ac perſpicaciſſime terrena quoq; percipit: ac intellectu cōſequitur. neq; vero mētis acies/ ſed animi intētio. prout vel bene vel male dei dono vtatur/ digna laude vel vituperatione cenſetur. Dedi igitur īquit cor meū hoc eſt mentē meā/ et reputaui quale nam bonum eſſet in hominibus / et quid nam operari poſſunt dum in hoc mūdo ſunt: ex quo perpetuam in hac vita letitiam voluptatemq; conſequantur. Qualia itaq; ſunt humana facinora contēplatus/ et rationali quadā ſapiētia vſus: dedit ſeipſū ad ea peragēda que ſubinde enumerat. Magnificaui factū meū: nō opus dei ſed meum ipſius. operibus em̄ dei nullus quicq̄ poteſt adijcere. Edificaui mihi domos. In hebraico ſuo ſermone cōmodā dictionē nactus proprie ac perargute locutus

Gręca littera.

Moraliter.

eſt. Domificaui mihi domū. Plātaui mihi vineas. regia poteſtate vſus diuitiarūq; copia: circa ōne poſſeſſionū genus effuſus eſt. feci mihi hortos et pomaria. hortus eſt oleribus conſitus: pomarium vero vari's plantis atq; arboribus. ideoq; additur. Et plātaui in ipſis lignum fructiferum: feci mihi piſcinas aquarū/ vt ex ipſis irrigare ſiluam germinantē ligna. Splēdide ac ſumptuoſe pomaria concinauit: proceraſq; arbores/ que ſponte quodāmodo ſua in montibus enaſcūtur. vt palma ſalices/ quercus ac piceas in pomarijs ſuis conſeuit. Ideoq; meminit ſiluę ſtudio cōparate: in qua irriganda magna aquarum copia opus erat. Poſſedi ſeruos et ancillas: & verne nati ſunt mihi. Cū eni verne minus ſufficerent in familiari ac domeſtico miniſterio: venalitios quoq; ſibi ſeruos comparauit. Poſſedi quoq; armenta et greges ſuper omnes qui fuerunt ante me in hieruſalē. Superaui inquit omnes ante me reges in armentis et gregibus/ vel in reliquis omnibus que ſuperius enumerauit. Poteſt eni ad illa quoq; accommodari. Congregaui mihi aurum et argentum. Quia multi ſtabilem quidem poſſeſſionem habere ſolent/ repoſitis tamen carent pecunijs: addit et harum quoq; ſibi fuiſſe copiam. Et regum ſubſtātiam et regionum. Sed & reges (inquit) habui ſtipēdiarios ac tributa mihi ſoluētes: et fructiferas regiones/ hoc eſt agros. regiones enim in ſacra ſcriptura: fertiles agri intelligun-

Ex euangelio.

tur. iuxta quod in euāgelio legitur. leuate oculos veſtros & videte regiones: quoniam albe ſunt ad meſſem. et hinc quoq; inquit. Magnam habui rerum copiam. feci mihi cantores & cantatrices in delicijs filij hominis. Sed neq; poſthabui (inquit) ac neglexi demulcere cantibus aures meas. delectantur enim huiuſmodi cantibus: non filij quidem dei ſed filij hominum. pro-

Moraliter.
Aliter littera greca miniſtros vini & miniſtras.
Senſus myſticus.

pinatores & propinatrices. vel vt ex vario propinātiū aſpectu ac alternata mutatione/ appetitū ſibi ad pocula prouocaret: vel tanq̄ valde mollis exiſtēs ac mulieroſi hominis ingenium exprimens. Et magnificatus ſum/ et appoſui ſuper omnes qui fuerunt ante me in hieruſalem. Sapientia quoq; ſtabilis mihi fuit adeo inquit exaltatus ſum: vt in nullo vnq̄ conſilio rationeq; aberrauerim. Et omne quod appetiuerūt oculi mei/ non abſtuli illis neq; prohibui cor meū ab omni letitia. Inquit igitur omnē oculorum concupiſcētiam et anime appetitum circa voluptatem (quam et letitiam vocat) ad executionem perduxi. Quoniā cor meum letatum eſt in omni labore meo. Cunctis inquit ſtudio ac electione ſuſceptis laboribus: hanc cepi portionem ac ſortem ꝙ illorum fruitionem conſequutus ſum/ compoſq; votorum ſum factus. Et inſpexi ego omnia opera mea que fecerāt manus mee & laborem quem laboraui vt facerem: et ecce omnia vanitas et electio ſpiritus. Hec inquit omnia operatus per actiuas factiuaſq; facultates. viuens ꝙ cūcta humana ſtudia va-

Google

nitas ſunt: nichilq; amplius lucro apponitur illis/ qui laborãt
circa omnia que videntur ſub ſole/ eo ꝙ omnes eque commu-
nẽ ſubeãt mortẽ diuites ſimul ac paupetes. at qui laborãt ob
ea que ſunt ſuper ſolem/ ſupplantantes omnia que vidẽtur: ha
bent aliquid amplius/ iuxta ſaluatoris ſentẽtiam dicentis. ego
veni vt vitam habeant: et abundantius habeant. quaſi dicat
vt careant penis. et fruantur promiſſa beatitudine. Notandum
quoq; ꝙ qui ſtudẽt circa ea que vana ſunt & ſeſe voluptatibus
tradunt. excuſare non poſſunt carẽtis ratione fortune motum/
neq; fati neceſſitatem. humane ſiquidẽ actiones proficiſcuntur
» ab electione/ & ab inſita nobis libera poteſtate. Et inſpexi ego
» vt viderem ſapientiã & circuitum & ſtultitiã. Quoniã quis eſt
homo qui ſequi poſſit conſultationẽ quecunq; hec operata eſt?
Cum nobis ſpectandum propoſuerit auari hominis perſonam/
circaq; terrenas ſubſtantias occupati: nunc nos conuertit ad ſa
pientiam. et comparatione propoſita. periculum facit quid in-
ter ſe differant ſapientia & voluptas quam & errorẽ vocat atq;
circuitum/ vel ꝙ ad omnẽ ventũ circũferãtur bona iſta terrena
que materiam ſuggerunt letitie ac voluptati/ vel mutata e litte
ra in a/ non periphorã legemus ſed paraphoram/ hoc eſt inſa-
nam extaſin mẽtiſq; exceſſum. Inſanire enim vidẽtur ac eſſe ſui
obliti: qui in loco miſerie & lachrimatum/ letandũ ſibi eſſe fal
ſo exiſtimant. Inquit igitur. queramus an poſſit homo/ qui ele-
gerit ſibi ſecundum hanc ſtultitiam viuere/ complere ſua deſi-
deria. hoc enim ſignificat. ſequi poſſit conſultationẽ. Mox au-
tem inuenit homines pergraro fieri deſiderij ſui compotes. ea-
» propter addidit. Quis eſt homo? Quaſi dicat rarus eſt valde.
neq; eni quicũq; diteſcere appetit penitus hoc cõſequitur. nec
qui glorie cupidus eſt: voti prorſus efficitur cõpos. & eadem ra
tione in ceteris ſeſe habet. Qui vero ſapientiã adamarit: deo
duce feliciter ductus ſequitur penitus cõſultationẽ. hoc eſt in-
» ueniet quod affectabat. Vel aliter. Attonitus erũpit in interro-
» gationẽ. Quis nã eſt inquẽs homo qui poſſit reſpicere ac cõ-
uerti a deſiderijs ſuis/ et inſpicere motus electionis ſue fineq;
propoſitũ/ vt diiudicet iterũ/ ſapienter viuat an ſtulte? Aliter.
Eleuatus inquit extra corpus et per ſapientiam videns ꝙ poſt
exitũ huius vite nemo poteſt redire in vitã: et iterũ frui eiſdem
rebus/ quas dum viueret certo conſilio exercebat (quis enim
» perſepe pro nullus accipitur) prepoſui ſapientiã ſtultitie. Et vi-
» di ꝙ amplius eſſet ſapiẽtie ſupra ſtultitiã: ſicut amplius eſt luci
» q̃ tenebris. Tenebræ ipſæ per priuationẽ lucis fiunt: ita vt lux
quidem reuera exiſtat / tenebre vero nihil penitus ſint. Ita (in-
quit) igitur eſt ſapientia ad ſtultitiã. opera eni ſtultitiæ trãſeũt
perpetuam punitionem cõciliantia ſuis cultoribus: opera vero

Aliter περιφοραν circulationem ſecũdũ hieronymum

παραφοραν

ſapientiæ in perpetuũ durãt/eternaq; cultores ſuos letitia affi-
ciũt. Q; autem inquit amplius ſapientię ſuper ſtultitiã: non ‹‹
eſt per comparationem dictum. quę enim ſeſe mutuo tollũt ac
deſtruunt/ſicut ſunt lux ipſa et tenebrę: inuicem non compa-
rantur, huius generis eſt ſapientia et ſtultitia. non eſt itaq; in
genere malorũ reponenda letitia: ſed ob affectionem eligẽtis
addidit illud/amplius. hoc eſt ſine vlla comparatione multo ‹‹
Moraliter meliꝰ facit qui ſapientiã preponit ſtultitiæ. Oculi ſapientis in
capite ipſius: ſtultus autẽ in tenebris ambulat. Caput eminen-
tia quędam eſt et ſuprema totius corporis pars: pedes vero in-
fimi ſunt/terramq; contingentes. Quando itaq; pręſidens in-
tellectus purgatus fuerit: ſuperna ſpeculatur/ non quę ſunt ſu-
per terram/ac tunc in capite oculos vere habet. Quãdoq; ve-
ro mens ad terrena cõuertitur: tunc in pedibus habere oculos
Allegorice videt/circa limũ terrę occupata. Aliter. Caput eccleſię CHRI-
STVS eſt: ad quem ſi ſapiens (dum ambulat) oculos intẽdit/
ſicut et CHRISTVS perambulauit/ oculos habet in capite.
Stultus autem ambulat in tenebris: ſemper oculos declinans
ĩ terram/ tenebricoſoq; calligat intellectu. Et cognoui etiã ego ‹‹
ꝙ occurſus vnus occurret omnibus ipſis: et dixi ego in corde ‹‹
meo ſicut occurrit ſtulto/ occurret etiam michi. et vt quid ſa- ‹‹
piens factus ſum? Omnia ſecũ meditans ſapiẽs noſter Eccleſi- ‹‹
aſtes quę afferre aduerſarij contra ipſum poſſent/ e propria lo-
quitur perſona. Cũ igiť inueniat multa & varia/ quę cõmunia
omnibus ſunt/quę occurſus appellat/qualia ſunt egrotare/bene
valere/diteſſere/ paupertatem pati/ et precipue cõmunẽ omni-
bus mortem: aduerſarij ſubiens perſonã inquit. Si hęc comu-
nia ſunt ſtultis & ſapientibus: quę vtilitas demũ erit ſuſcepiſſe
labores officioſos/ et ſapientem fieri? Mox autem hoc refutato
ſermone: oſtendit quale ſit nobis a ſapientia lucrum. Ait ergo.
Tunc abundanter locutus ſum in corde meo: quoniam ſtultus ‹‹
ex abundãtia loquitur. quia et hoc vanitas. Adducta ſtulti illa- ‹‹
tione: tanq̃ ex illius perſona/ eandẽ nunc illationẽ per ſeipſum
diſſoluit. Inquit eni. et ego abundãtius locutus ſũ ĩ corde meo:
ꝙ vana et ſuperflua eſt talis cogitatio/ et inſanæ mentis eſt ta-
lia verba effundere. Stultus eni furore efferuens que temere co-
gitauit: per os effundit. Quoniam ſtultus ex abũdantia loqui- ‹‹
tur. hoc eſt ſuperfluẽte in ipſo ſtultitia. Mox et cauſam docet ‹‹
redarguens illationem ſtulti cũ dicit. Quoniam non eſt memo- ‹‹
ria ſapientis cum ſtulto in ſęculũ. Et ſi enim inquit/ quę varia ‹‹
et differentia ſũt in hac vita/ſtultis ęque ac ſapientibus cõmu-
Vel futuris nia ſint: at in futuro tamen ſęculo ſapiens erit in memoria
eterna/ & immortalẽ habet fruitionẽ. Stulti vero memoria de-
Pſal. letur: iuxta quod eſt in pſalmo. Periit memoria illorum cũ ſo-

» nitu, hoc eſt non ſunt exiſtimandi memoria digni. Secundum
ꝙ aduenientibus diebus omnia obliuioni tradita ſunt. In vẽ-
turo (inquit) ſeculo quecunqꝫ nobis in hac vita occurrerit ſiue
infirmitas/ſiue proſpera valitudo/ſiue diuitiæ/ſiue etiam paup-
tas/in obliuionem ibunt. Tum vero concludẽs ſolutionem in-
» quit. Et quomodo moritur ſapiens ſicut & ſtultus? Quomodo
inquit/diceris O ſtulti ꝙ propter cõmunem omnibus mortem/
nichil ſapiẽs ſtulto plus habeat? Quandoquidẽ ſapiẽtis memo-
ria perpetua ſit apud deum. ſtulti vero nequaꝗ/ Si enim quę in
hac vita occurrunt omnia ſunt cõia: tamẽ in futura vita/vnũ-
» quenqꝫ opera ſua ſequentur. Et odio habui vitam/ quoniã ma-
» lum aduerſum me facimus/ quod factum eſt ſub ſole: quoniam
oia vanitas et electio ſpirit9. Propterea (inquit ſapiẽs) odio ha-
bui laborioſã & quẽ laboraui laborẽ meum/ob ea que ſunt ſub
ſole/malũ eni facim9: laborioſã vitã peccatorũ hoim intelligit.
hic autem ſapiens odit impurã et pollutam vitã: et menſuram
in perpetuum quęrit. et ſtulti ſubiens perſonam inquit. quoniã
malum aduerſum me facimus quod factum eſt ſub ſole. Sapiẽs
enim non teſtatur ſe laborare ob ea quę ſunt ſub ſole. quaꝗ enĩ
propter neceſſarios vitæ vſus laborer etiam ſapiens: non tamẽ
principalem operam conſumit circa hęc mundana atqꝫ preſen-
tia, ſed laborat quod ſatis eſt ad neceſſaria vitæ. Summũ vero
ſuum ſtudium: virtuti impẽdit, tranſeuntia hęc et tempora cõ-
temptui ducens: ſtudens autem ea ſibi cõparare/ quę ſunt fu-
» tura eterna/ queqꝫ ſũt ab oculis noſtris procul remota. Et odio
» habui omnem laborem meum quẽ laboro ſub ſole. Quoniã re-
» linquam ipſũ homini poſt me venturo. et quis ſit ſapienſne ſit
» futurus an ſtultꝰ? & ſi dominabit in omni labore meo quẽ labo-
raui: et in quo ſollicit9 fui ſub ſole. & hoc etiã vanitas. Prorſus
Sapiẽs noſter laborioſam collectionem pecuniarum et poſſeſ-
ſionum/ & huic impenſum laborem cum teſtatione odij pru-
dens inquit dictum. Primum quidem ꝙ huiuſmodi rerum poſ-
ſeſſio/perpetuo non durat apud habentem: ſed ipſe quidem vi-
tam egreditur nichil ſecum portans/ alter vero poſſidenda acci-
pit quę ipſe labore multo comparauit. Alterũ etiã memorabile.
Verbũ iquit/ꝙ videlicet ignorat diues quali ſuceſſor ſuus futu-
rus ſit vita: intẽperate ne ac luxurioſe victurus/ an prudẽter ac
ſobrie diuitias expenſurus. Tertiũ notatu dignum eſt. ꝙ licet
demus temperatum ac prudẽtem ſucceſſorem futurum: igno-
ramus tamẽ perpetuo ne ſit futurus relictę hereditatis poſſeſſor/
cũ pecunię ad alios atqꝫ alios cõtinue deuoluãt/multis varijſqꝫ
caſib9 cõmutatæ. Ingt igĩ licet cõcedam9 prudẽtẽ fore heredẽ/
qui parce relictis vtat: hoc ipſũ quoqꝫ eſt vanitas. q̃re autẽ hoc Moraliter ac pie.

dicat cõtemplandum nobis relinquit. quã videlicet melius eſt
noſipſos dum ſumus in vita/ diſpẽſare diuitias noſtras in pau-
perum ac egenorũ neceſſitates / vt ita theſaurũ habeamus in-
deficientem in celis. q̃ alijs in hereditatẽ tranſmittere qualeſ-
cũq; demũ illos fore contingat. Et conuerſus ſum vt renuncia- «
rem cordi meo in omni labore meo quẽ laboraui ſub ſole. De- «
teſtans eccleſiaſtes quę ſuperius dicta ſunt/conuertitur ad euã-
gelicam vitam:quaſi et ipſe cum Petro apoſtolo Saluatori di-
Euangeliũ cat. Ecce omnia reliquimus et ſecuti ſumus te. Subinde autem
prędictã indignationis cauſã reſumit:quã cõtra tẽporaria cõce-
pit.ait ergo. Quoniã eſt homo.quoniã labor ipſius in ſapiẽtia «
et ſcientia et in fortitudine:& homo ei qui nõ laborauit ĩ ipſo «
dabit partem ipſius.et hoc etiã eſt vanitas/ et magnũ malum. «
Quę enim inquit vtilitas homini in humana ſapientia et pru-
dẽtia et fortitudine laboranti/et maligne ſe gerẽti hoc eſt ſua-
rum rerum partem alijs non ponenti ſed ſemper amplius ſuis
bonis addenti: quãdoquidẽ alius qui nichil in ea ſubſtantia
laborarit/ omnes ſuas diuitias accipit/eſt autẽ et ita intellige-
re.Conuerſus ego ſum vt renunciarẽ cordi meo in omni labo- «
re meo quẽ laboraui ſub ſole.Cogitãs q̧ alius qdẽ diuitias me- «
as accipiet:ego vero curas laboreq; ſubiero.ĩterpoſita vero illa
verba videlicet. Quoniã eſt homo. quoniã labor ipſius in ſa-
pientia et ſcientia et fortitudine: hoc ſignificãt. contempſi in-
quit laborare circa res vanas/rationibus colligens/ q̧ eſt alter
labor dignus laude:qui ſtabiles congregat virtutum diuitias.
Eſt autem huiuſmodi labor: quem laborat homo / vt acquirat
ſapientiam/ſcientiam/et fortitudinem.hunc igitur laborẽ ego
potiorem ducens: conuerſus ſum vt renunciarem cordi meo in
omni labore quem laboraui ſub ſole hoc eſt circa res vanas.
Quoniã fit homi ĩ omni labore ſuo electio cordis ſui.pro eo q̧ «
περισπασμῶ ipſe laborat ſub ſole.Quoniã omnes dies eius in doloribus et «
in diſtẽtione animi ſui.neq; in nocte dormit cor ſuũ:& hoc etiã «
diſtẽtione vanitas eſt. Aduenit inquit homini labor/quẽ laborat.ſiue bo-
putat .S. nus ſit ſiue malus ab electione cõſilij. Q̃ ſi operam virtutibus
Hieronymus poſſe impẽdat.laudãdus hic labor. Sin vero circa victũ occupetur:
exponi. omnes illius dies tranſeũt in plenitudine dolorũ/iracundie oc-
cupationis ſollicite/ ac vigiliarũ. hęc enim omnia conſequũ-
tur eos: qui circa inane ſtudium vitę huius verſantur. Quare
et hoc etiã vanitas eſt:et non eſt homini bonum niſi quod co- «
medit et bibit / et oſtendit animę ſue bonum in labore ſuo. et «
hoc etiam vidi ego:quod eſt de manu dei. Quis enim ex ſeip- «
ſo bibit et comedit? Quę media inquit ſunt et indifferentia :
nec mala per ſe/nec bona/ab ipſo deo hominibus tribuuntur/
qualia ſunt diuitię/bona valitudo/auctoritas.Sũpra igitur ad-

uerſarij perſona inquit eccleſiaſtes. Qꝫ ſi hęc datur ab ipſo deo
hominibus: nihil ergo i hominibus inuenietur boni preter edē-
di bibendiqꝫ voluptatē. Tum vero ſoluēs obiectionem inquit.
„ Quod homini bono in cōſpectu ſuo dedit ſcientiā / ſapientiā/
„ et letitiā: peccatori aūt dedit occupationē addendi et congre-
„ gādi vt tradat ei qui eſt bonus in cōſpectu dei. Quoniā & hoc
„ vanitas eſt & electio ſpiritus. Nolite inquit dicere O inſani qꝫ
tranſitoria et corruptibilis hęc cibariorum voluptas bona ſit.
homini enim bono deus ſcientiā et ſapientiam dedit: vt in iis
letetur in cōſpectu dei / hoc eſt cuſtoditus et aſpectus a diuina
prouidentia. homini autem peccatori: negociū dedit circa hæc
ſenſibilia/ vt laborans et congregans affligatur. Qꝫ ſi in hoc la-
borandi ſtudio & congregandi perſiſtat. & hoc ſane ipſum eſt
vanitas et electio ſpiritus. Sciendum vero eſt deum hāc dediſ-
ſe homini peccanti & cōgreganti occupationē : non vt peccet
quidē ac congreget / ſed magis vt cōtemplatione ac tedio va-
nitatis mūdanę / in cognitionem veniat laborioſæ huius vitæ/
deſideretqꝫ imortalem ac iocundam vitam quę in futuro ſecu-
lo ſanctis in premium danda eſt.

CAP. III.

OMnia tempus habent: et ſuis ſpacijs
tranſeunt vniuerſa ſub cęlo. tēpus na-
ſcēdi: et tempus moriendi. tēpus plā-
tandi: et tempus euellendi quod plā-
tatum eſt. tempus occidendi : et tem-
pus ſanandi. tempus deſtruendi: & tē-
pus edificandi. tempus flendi: et tempus ridendi. tē-
pus plangendi: et tempus ſaltandi. tēpus ſpargendi
lapides : et tempus colligendi. tempus amplexandi:
et tempus longe fieri ab amplexibus. tempus acqui-
rendi: et tempus perdendi. tempus cuſtodiendi: et tē-
pus abijciendi. tēpus ſcindendi: et tempus cōſuendi.
tempus tacendi: et tempus loquendi. tempus dile-
ctionis: et tempus odij. tempus belli: et tempus pa-
cis. Quid habet amplius homo de labore ſuo? Vidi
afflictionē quā dedit deus filijs hominū: vt diſtendā-
tur in ea. Cuncta fecit bona in tempore ſuo: & mū-
dū tradidit diſputationi eorū vt non inueniat homo
opus qd̄ operatus eſt de⁹ ab initio vſqꝫ ad finē. Et co-

gnoui ꝙ nō eſſet melius niſi letari: et facere bene ī vita ſua. Oīs eni homo qui comedit et bibit & videt bonū de labore ſuo: hoc donū dei eſt. Didici ꝙ ōnia opera quę fecit deus: perſeuerēt ī perpetuū. nō poſſum⁹ eis quicq̄ addere nec auferre: quę fecit deus vt timeatur. Quod factum eſt: ipſum permanet. Quę futura ſūt iam fuerunt: et deus inſtaurat quod abijt. Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem: & in loco iuſtitie iniquitatem. et dixi in corde meo: iuſtū et impiū iudicabit dominus/ et tēpus ōnis rei tūc erit. dixi in corde meo de filijs hominū vt probaret eos deus: & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. idcirco vnus interitus eſt hominis et iumentorū: et equa vtriuſqȝ conditio. ſicut moritur homo ſic et illa moriuntur. ſimiliter ſpirant omnia: et nichil habet homo iumēto amplius. Cūcta ſubiacent vanitati: et omnia pergūt ad vnū locum. de terra facta ſunt: et in terrā pariter reuertūtur. Quis nouit ſi ſpiritus filiorū Adam aſcendat ſurſum: et ſi ſpiritus iumētorū deſcēdat deorſum? Et deprehēdi nihil eſſe melius q̄ letari hominem in opere ſuo: et hanc eſſe partem illius. Quis enim eum adducet: vt poſt ſe futura cognoſcat?

COMMENTARIVS TERTII CAPITIS.

OMnibus eſt tempus: et occaſio eſt omni rei/ quę ſub ſole eſt. Rerum alię quidem temporarię ſunt/ alię vero eternę. ac eternę quidem inuiſibiles ſunt/ ſupraqȝ ſolem conſtitutę. hic autem eſt ſermo de ijs quę ſunt ſub ſole ac tempori ſubijciuntur (quandoquidem et temporaliter eſſe cęperunt) ſuoqȝ tempore hoc eſt oportuno fiunt. Et tempus quidem ſpacium illud ſignificat: in quo fit aliquid. occaſionem vero dicimus: commodum tempus ac oportunum aliquid faciendi. Poteſt itaqȝ tempus et occaſio eſſe/ ſed occaſio tamen tempus non eſt/ ſed illa quam nanciſcimur rebus peragendis temporis oportunitas. Et cuncta quidem quę fecit deus: oportuno proueniunt tempore/ vt eſtas/ autūnus/ hyems/ ac ver. Que vero ho-

165

mines facimus:laudabilia quidem ſunt ſi fiant tempore opor-
tuno.ſin vero ante tempus fiant/aut pręter tempus : iure dam
natur. Oportuno quis tempore ſue commiſcetur vxori : cum
appetit filios procreare. Pręter tempus vero : cum voluptatis
et cõcupiſcentię cauſa hoc facit. Qui eſtate ſeminat ante tẽpus
ſeminat. Qui etiã hyeme ad meſſem ſeſe accingit : pręter tem-
pus hoc ipſum aggreditur. E diſciplina autẽ horum verborũ Moraliter.
docemur.omni in re defectus vitare/atq; exceſſus.eo q̃ res fer-
me omnes:hinc atq; hinc aſſiſtentesac propinquas enormita-
tes habeãt.Nam qui deficit a medio fortitudinis ſtatu:labitur
in timiditatẽ.qui vero illum excellens audax efficitur. Poteſt
itaq; & alia ſignificatiõe accipi tempus pro ipſa mediocritatis
norma:occaſio autem pro tempore oportuno. Nam qui et ad
normam et ſuo tempore/ actiones omnes ſuas moderetur hac
veluti regula et amuſſi vtẽs.facile in omni virtute cõſumma-
tus euadet. Tempus gignendi et tẽpus moriendi. Sæpe cõtra-
riarum rerũ diſtincta ſunt tempora. Contingit tamen quãdoq;
et eodem tempore vtraq; fieri. Corporalis itaq; natiuitas et ge
neratio aliud habet tempus:et aliud corporalis interitus. Spi-
ritualis vero natiuitas: per lauacrũ regenerationis vnũ et idẽ
tempus habet cum morte. Nam qui renaſcũtur in diuino la- Allegorice
uacro : conſepulti ſunt Chriſto in baptiſmate. et corporaliter et theolo-
quidem naſci ac mori in noſtra poteſtate non eſt: ſed arbitrio gice.
dei & generamur et morimur. Spiritualis vero natiuitas & in-
teritus pendet a nobis.opus enĩ eſt cum diuina operatione et
gratia/ noſtra quoq; electione: vt moriamur quidem peccato/
naſcamur autem iuſtitiæ. Sapienter autem ac notanter Eccle-
ſiaſtes a natiuitate cępit et morte et temporarie huius vitæ
nos admonens. Propterea enim et Moſes (vt aiunt) primum
quidem ſuum volumẽ Geneſim inſcripſit/ Exodum vero ſecũ-
dum nominauit : vt in hiſtoria figurate nobis hanc tempora-
riam vitam deſcriberet. Tempus plantandi : et tempus euel- Myſtice
lendi quod plantatum eſt. Pręter litterę ſenſibilem ac mani-
feſtum intellectum:myſtice ſic intellige. Sæpe quidem vno eo-
demq; tempore plantat aliquis et euellit: videlicet cum euel-
lit zizania/quę ſeminauit malus homo. Plantat autem ſiue ſe-
rit legitima verbi ſemina/amputans vicium/ inſerẽs virtutem.
Sæpe vero hęc facit alio atq; alio tempore. vt cum Paulus ab- Allegorice
ſcindit fornicarium a communione ecclesię.plantat vero eun-
dem / pœnitentia emendatum. Tempus occidendi et tempus
ſanandi. Occidendi quidem peccatum : ſanandi vero animam
cuiq; ſuam pœnitentiæ medicina. huiuſmodi vero actio : ſuo
ſemper et oportuno fit tempore. Preſertim vero nunc dum ſu-
mus in preſenti vita et in teſtamento gratię Paulo teſtante

erat lapidari adulterā. Et magiſter quidem lapidibus cedit diſcipulos peccantes/ hoc eſt correctiuis ſermonibus. Cū vero ſatis illos erudierit ac reprehenderit: ceſſat a correctiuis ſermonibus/ colligitq; quos iactaſſe viſus fuerat lapides. Temp⁹ amplectendi & tēpus lōge fieri ab amplexibus. Iuxta litteram tempus amplexandi propriam vxorē: quando tempus orationis nō impediat aliaue honeſta neceſſitas, tempus eſt mg̃/ licetq; id nobis facere: vel propter filios procreandos/ vel vt cōſulamus fragilitati atq; incōtinentiæ noſtræ/ ne videlicet libidine ſucceſſos callidus hoſtis nos ad adulteriū prouocet. Tēpus vero abſiſtendi a cōplexibus: vel propter oratiōes deo fūdēdas/ vel vt grauidę vxori parcamus. Aliter. tempus amplectendi erat in principio creati orbis: vt multiplicantes impleremus terram. nunc vero tempus abſiſtendi a cōplexibus: quandoquidem extrema hora diei nos occupauit/ & ad finē ſeculorum mūdus feſtinat: Spiritualiter vero ac myſtice ita intellige. honora ſapiētiā: vt te amplectatur. atq; hic quidem cōplexus. ſemper eſt oportunus. Cū vero in ſacris ſcripturis/ lex ipſa per leuā manū ſignificetur/ per dextram vero euāgelica doctrina/ ipſaq; mens nomine capitis innuatur/ totius vero corporis appellatiōe intelligat̄ eccleſia: merito canit ſponſa in cantico canticorum/ leua eius ſub capite meo/ & dextera ipſius amplexabitur me. hoc eſt ipſa quidem lex ad ſapientiorum quorūdam tantūmodo peruenit intellectum/ ipſumq; perficit: euāgelica vero doctrina diuino quodam complexu totā eccleſiam cōprehēdit. ab hoc quidē complexu: nullum vnq̄ tēpus eſt abſiſtendi. Cū tamē arca iam fabricata eſſet/ ac terris diluuia īminerent: tempus erat abeſſe procul a cōplexibus matrimonij. Ideoq; hinc maſculi/ inde vero feminę ſeorſum diſiunctę intrarūt in arcam. Poſtq̄ vero aquæ diluuij iam reſederāt: Noe cum vxore ſua exiuiſſe arcā narratur. tēpus enī tunc erat coniugalis amplexus. Semper autē tēpus eſt elongari a vicio et peccato: agglutinari autē deo/ illiq; perpetuo adhęrere. Tempus quęrēdi et tempus perdendi. Si litteralē ſonū ordinēq; inſpicias/ videtur hęc ſentētia ordine p̄poſtero eſſe accipienda. Nemo enī quęrit: niſi quod prius perdidit. Myſtico tamen ſenſu nichil īmurando lectionē: ita intelliges. Qui eſt in ignorantia conſtitutus/ tempus tūc habet quęrendi veritatem: qua inuenta tempus aliud ſibi aduenit: vt ignorātiæ perdat tenebras et relinquat. Aliter. Quęrit aliquis animam ſuam/ quę periit: ea vero inuenta ab errore reſipiſcens/ debet quantū ad priorem ſpectat iniquitatem/ perire prorſus ac mori. Ingruente vero martyrio tempus eſt perdendi aīam: vt ipſam inueniamus. Tempus cuſtodiendi et tempus abiiciendi. Qui pecuniarum diſpēſator eſt: nouit quo tp̄e pecunias vel apud ſe cuſtodiat vel vexpendat. Myſtice autē. tempus eſt cuſtodiēdi ſacrā

[Margin notes: eduxerit lapidē de domo leproſi in cinerē conterēdū eſſe. — Litteraliter. — Moraliter — Myſtice. — Myſtice — Myſtice.]

doctrinã : ne illã temere quibuſcũq; nullo delectu habito pro-
fundamus. Tẽpus vero effũdẽdi:cũ dociles fuerint/ac bene di-
ſpoſiti auditores. oportet eni (inquit) abijcere argentũ meum
trapezitis:nõ autẽ ſancta dare canibus/neq; ſuibus margaritas
Aliter. Tempus eſt ſeruãdi euãgelica precepta: idẽ quoq; tem-
Allegorice pus eſt abijciendi legales vmbras. Tẽpus ſcindẽdi & tẽpus cõ- «
ſuendi. Qui eccleſiæ hoſtes aduerſarioſq; conciliat/ & ad vnita- «
tem catholicæ fidei perducit : ille ꝓculdubio cõſuere dicitur.
qui vero fornicantem cum vxore patris ſui. ab eccleſia eijcit:
oportune hic ſcindit. Aliter. Qui corã domino ꝑ cõtritionẽ ac
pœnitentiam cor ſuũ diſcindit:ſe ſeipſum aſſuit in eccleſia pri-
mogenitorũ fidelium. Tẽpus tacendi & tempus loquẽdi. Qui «
in ſilentio & ſub monaſterij diſciplina doctrinã ſacram fuerit
perdoctus : cũ autoritatẽ conſequutus fuerit loquẽdi ac p̃dicã-
di/tũc dominus illi prebet oportuno tẽpore linguam eruditio-
nis vt cognoſcat quando verbũ proponi oporteat. atq; ita fit:
vt tempore ſuo tunc loquatur. Audituro enĩ populo dicitur in
veteri lege. Audi Iſrael et tace. Senior aũt prudẽs:ita ad loquẽ-
Myſtice & dum excitatur. loquere ſenex. tibi enim hoc conuenit. Tẽpus «
allegorice amandi & tempus odio ꝓſequendi. Mulier quę erat in ciuitate «
peccatrix magna cũ dilectione ſaluatoris pedes oſculata / hoc
eſt ſemitas pietatis ac vere fidei ĩgreſſa magno ſe prorſus odio
ab iniquitate auertit:vt iam vtriuſq; rei atq; effectus vnũ tem-
Moraliter. pus idẽq; fuerit. Aliter. Semper quidẽ anima in amore verſari
debet/atq; in odio:vt amet quidẽ ſecundũ opera ſponſũ ſuũ/ac
dicat oſculetur me ab oſculis oris ſui. oderit autẽ inimicũ ho-
minem/hoc eſt diabolũ/qui zizania ſeminat. Tẽpus belli & tẽ- «
pus pacis. Qui bellũ gerit contra ſpiritales nequitias:pacẽ cũ «
deo habet. & in hac quidẽ vita tempus eſt aſſidue pugnãdi cõ-
tra pricipatus et poteſtates. Qui vero palmã cõſequet̃: deide in
futuro ſęculo letabitur in delicijs & in multitudie pacis. Quid «
habet amplius homo ĩ ijs que laborat? Poſtq̃ ea ꝓſequutus eſt «
quę ad actionum tẽpora occaſioneſq; pertinent:iterum redit ad
perſonam hoĩs contẽplandã/docetq; laborantem circa res hu-
manas nichil deniq; plus cęteris habiturũ. quãdoquidẽ & ad-
uerſa et proſpera:cũbus ferme cõia ſint/precipuę vero mortalis
Aliter vitę interitus. Solus itaq; ſapiens q̃ hęc cognoſcit:amplius non
diſtĩctionẽ nichil cęteris hoibus aſſequutus fuerit. Vidi igit̃ occupationẽ| «
quã dedit deus filijs hoim:vt occupentur in ea/oĩa q̃ fecit bo- «
na ſint i tẽpore ſuo. Iam ſuperi⁹ dictũ eſt q; filijs qdẽ hoim hoc «
eſt ſecundũ paſſionẽ carnis viuentibus. ſapiẽtibus vero nequaq̃
deus occupationes ac difficultates dedit. vt dũ occupãtur circa
ea q̃ media quadã ratione indifferẽter ſe habent tã ad malũ q̃
ad bonũ: penitus ad alteram partẽ/hoc eſt ad iniquitatis viam
non delabãtur. oĩa igitur media et indifferẽtia bona ſunt:mo-
do ſuo ipſe exerceantur/ & ad neceſſarios vſus. ſicuti eſt agrum
colere/opibus cõparãdis ſtudere/bibere et comedere. atq; vt ſe-
mel dicatur:operãdi bonũ tẽpus eſt ſemp. ſicut cõtra: ſemp tẽ

pus a flagitiis abſtinẽdi. Aliter. Tẽp⁹ hic appellat vſum ipſarũ rerum/ hoc eſt cũ quis rebus vtitur quantũ naturę leges iuraq; permittũt. ait itaq; Eccleſiaſtes. Contẽplatus ego hominũ mores/ quopacto videlicet occupẽtur & cõuertãtur ab iis q̃ natura permittit/ ad ea quę ſunt p̃ter naturã: hęc inqt prudẽter conſiderans/ vidi ꝙ natura quidẽ nichil eſt malũ. ſed oĩa q̃ ſecũdũ naturã mouenẽ ac fiunt/ per ſe bona ſunt. oculi enĩ boni ſunt: qui ſine praua intentione aliqd intuentur. Sed cũ occupanẽ & conuertuntur a ſimplici operatiõe nature ad curioſa ſpectacula: non iã amplius boni ſunt. Oĩa igiẽ bona in tp̃e ſuo: hoc eſt ſi ſecũdũ ſimplicẽ naturæ operationẽ et iuxta qd decet vſurpẽ,,tur et fiant. Et ſeculũ tradidit deus in cordibus eorũ: vt nõ in,,ueniat homo opus quod fecit deus ab initio vſq; in finẽ. Permiſit inquit deus ſollicitos eſſe et occupari ſapiẽtes mũdi hui⁹. ne ſi aſſidue trãquillo aĩo attẽdiſſet ad fabricã & ſtructurã mũdi hui⁹/ perſpecta et cognita illius pulchritudine viſibilia hęc deũ eſſe/ vel deos arbitrarenẽ. In multiplici tñ occupatione non reliquit illos ſua ꝓuidẽtia deſtitutos/ ſed humanę naturæ cõmunem mortis cogitationẽ adiunxit: vt ſcientes ꝙ hic ꝑpetuo futuri nõ ſumus/ eternę vitæ curã habeamus. Aliter. Seculum ſignificat temporale ſpaciũ/ cõplectiturq; oĩa quę in ipſo fuerit. Inquit ergo. deus filiis hoĩm ſeculi preſẽtis dedit cognitionẽ/ videlicet ꝙ tẽporale initiũ habuit cęlũ & terra/ & quęcũq; conſpicimus: & ꝙ hęc ipſa tẽpore imutanẽ. Eorũ vero q̃ ante initium tẽporis fuerunt/ quęq; poſt hoc ſeculũ futura ſunt: certam et manifeſtã ſciẽtiã/ non habemus. ideoq; nobis dicitur ab alia ſcriptura. Altiora te ne quęſieris: et profũdiora te ne ſcrutator.

,, Et cognoui ꝙ nõ eſt bonũ in ipſis: niſi letari et facere bonũ in ,, vita ſua. Sapiẽs cognoſcit: qd natura bonũ eſt. natura autẽ bonus ſolus eſt deus/ qui oĩa ꝓtulit ex ſua ingenua bonitate. Qui tñ quantũ in ſe eſt/ qñtũq; ſua facultas patiẽ bonũ opaẽ erga deũ et ꝓximũ charitate ſeruata: hic ineffabili et vera letaẽ letitia. Cognoui igiẽ iquit qd nichil eſt boni i vita niſi hoc ipſum ,, bonũ opari/ & in bona operatione letari. Et oĩs homo q comes,, dit et bibit/ & videt bonũ in õni labore ſuo: hoc donũ dei eſt. Sapiẽs qdẽ nouit qd vere bonũ eſt: oĩs autẽ homo hoc eſt vulgaris & i multitudie media ſũptus q aberrat a cognitione veri boni/ cũ voluptate ſola bonũ diffiniat et metiaẽ comedere ac bibere bonũ eſſe exiſtimat. Et ſane maifeſtũ ꝙ ſẽſibilium rerũ copia: dei munere hoĩb⁹ data eſt. Nõ tñ vt cõceſſis reb⁹ abutamur. ſed vt eas coĩcem⁹ in ꝓximos liberales/ deo grãs de acceptis mũerib⁹ exhibẽtes. cõmiſcuit aũt hoc loco pſonas Eccleſiaſtes: eius ſcilicet/ q vere ſapiẽs qd ꝓprie bonũ eſt cognoſcit: ,, & ei⁹ q errore malo duct⁹ falliẽ circa ipſi⁹ boni cognitionẽ. Co,, gnoui ꝙ oĩa q̃cũq; fecit de⁹: ipa erũt i ſclm. ad ea nõ ẽ addere/ ,, et ab ipis auferre nõ ẽ: vt timeat faciẽ ei⁹. Rerũ alię qdẽ viſui ſũt obnoxię/ alię vero videri nõ poſſunt. hic autem ſermo habetur de viſibilibus rebus: et harũ quidem alię ſemper eodem modo perdurant/ vt terra/ celũ/ ſol/ luna/ alię vero per ſucceſſionẽ ſer-

Moraliter

non eſt apponere ad ea/ que in mūdi conſtitutione deus creauit: cum eiuſmodi cōpoſitio perfecta ſit & indeficiens. Sed neq̧ ab ea quicq̄ vt ſuperuacaneū/ eſt auferre. Qui vero ad ſpeculationem mundi animū adijciunt/ rationeſq̧ ſingularū rerū quātum in ſe eſt/ cōſequūtur: timore dei occupātur attonitiq̧ redduntur/ autoris omnium ſapiētiā demirantes. In ōni itaq̧ hominum mente inſitus eſt a natura dei timor/ vel legitima quędam ratio: que ab ordine ac pulchritudine vniuerſi hoīnū corda conuertit ad creatoris ſapientiam contemplandam. Sciendum vero eſt hęc quę videmus/ eſſe veluti ſymbola quędā ac ſigna ſpiritualiū rerum. Quare ſi finē ſpectes ob quem facta ſunt ōni prorſus carent defectu? Nam ſiue quid eorum principaliter deus produxit/ ſiue quid in ſecūdas cauſas referendū eſt. nō eſt eis apponere quicq̄ nec demere. ōnia igitur bona et pulchra/ perfecta omnia ſunt ac neceſſaria dei opera. Quod eſt factū: iā « eſt. & quę futura ſunt: iam fuerunt. & deus quęret eū qui perſe- « quutionem patitur. Si quid olim fuit: nunc etiā eſt. homo fuit: homo et eſt. arbor fuit: arbor etiā eſt. ſed pari ratione fuerunt: & quę futura ſunt. homines futuri ſunt poſt nos: et iam priores illis fuerunt alij. Deus autē quęret perſequutione affectum: hoc eſt innocuū qui alij perſecutionem non inferat/ & ſeruabit eū. et etiam vidi ſub ſole locū iudicij. Ibi ipius. et locū iuſti. & ibi pius. Dixi ergo in corde meo/ ſimul iuſtū & impium iudicabit « deus. quoniam ſuū tempus eſt omni operi. Ab his ſenſibilibus « ad ſpiritualia nos attollens: ait ſe prognoſtice ac puro mentis intuitu cōtemplatum eſſe locū iudicij / qui repoſitus eſt impijs ſub ſole. quaſi dicat infernū. Sed et locum iuſti ſe vidiſſe cōmemorat. addidit aūt & ad locum iuſti particulam illam videlicet ſub ſole. Qꝫ ſi ſecūdū litterā ſimpliciter accipiatur: nulli dubiū quin in paradiſo & in cęlis futuri ſint iuſti. ſin autē ad vtrunq̧ inferas illud ſub ſole/ ad iuſtum videlicet atq̧ ad impiū: cōtemplatum fuiſſe intellige eos qui nunc ex hac vita decedunt/ qui nondū ad regna peruenerunt cęlorū. Digna ſane inquiſitu res eſt/ vbi nam ſub ſole iuſti vita functi collocentur? Conſtat autē ꝙ in paradiſo: cum dixerit chriſtus latroni/ hodie mecū eris in paradiſo. Sciendūq̧ eſt ꝙ litteralis traditio: paradiſum docet eſſe in terra. Nonnulli vero dixerunt ꝙ paradiſus etiā eſt in inferno idest ſubterraneo loco: ad quā ſuam opinionē illud accōmodant euangelicum. Diues Lazarum vidit: ipſe tamen in inferiore loco demerſus: cū Lazarus eminētiore eſſet in loco/ vbi eſſet Abrahā. verum quomodocūq̧ hec ſe habeāt: illud procul dubio conſtat tū ex preſenti eccleſiaſte noſtri loco / tū ex omni ſacra ſcriptura/ futuros pios in proſperitate ac pace/ iniuſtos vero in ſupplicijs ac tormentis. Alijs autem placuit Paradiſū eſſe in cęlis. Bonus autē ac ingenuus eccleſiaſtes hiſtorię ſenſum

Hiſtorie aliter ſē

potius conſectabitur. Tum vero ſecūdum examinās ita infert.
» Dixi intra meipſum: nūquid cū ipſo dānatur et iuſtus? Hec ſa-
re verba diſquiſitionē ambiguā habent/ non abſolutam affir-
mationē/ Semel enī docuit aliū eſſe locū iuſti/ aliū impij. Sed
poſtea nos admonet & in metum adducit: cū deus ſit omnes
homines iudicaturꝰ/ noſtraſq; res oēs diligēti examie diſcur-
» ſurus. Inquit ergo. Tēpus erit omni rei et omni operi. Hoc eſt.
erit vniuerſalis iudicij tempus. Myſtico autē intellectu ſic acci- Myſtice
pe. Vidi ſub iuſtitię ſole dominū noſtrū Ieſum Chriſtum: qui
ſcilicet venturus eſt iudicare viuos et mortuos. Vidi inquā lo- Allegotice
cum impij/ a ſiniſtris videlicet conſtitutū. & iuſti item vidi lo-
cum qui eſt a dextris eius. & dixi in corde meo: ꝙ deus omnes
ad iudiciū conuocabit pro dignitate vnicuiq; diſtribuēs. Illud
tempus definiens ac decernēs: in quo noſtra ōnis actio et ope-
ratio/ diſtricto examine perpendetur. Ibi dixi ego in corde meo
de ſermone filiorū hominis: ꝙ diiudicabit illos deus. Simile
eſt hoc illi/ quod in euāgelijs legitur: omne verbū ocioſū/ quod Euangeliū
loquētur homines/ reddent de eo rationē in die iudicij. Intelli-
ge autē cum hoc loco dicit ſermonē ſubintelligi et internū mē-
tis verbū/ occultamq; cogitationē. Nam et de his quoq; ratio
» a nobis diligēs exigetur. Et vt oſtenderet ꝙ ipſi iumēta ſunt/
» & vt oſtenderet occurſus filiorum hominis: et occurſū iumen- Occurſus
» ti. occurrit enim ęque his: vt mors huius/ ita et huius mors. et
» ſpiritus eſt in cūctis. et plus habuit homo q̄ iumētū. Propterea
inquit/ vidi et conſideraui rationes iudicij quod exercetur ſub vel acci-
deo: vt oſtendam hominibus/ hoc eſt vt homines doceā nichil dentia
eos a iumentis differre ſecundū corporis rationē/ vitāq; illā/
quę tota corpori vacat & indulget. eūdē nāq; aerē cū brutis ani- Occurrit
mantibus homines reſpiramus: eundemq; interitū ſubimus. & vel accidit
in his ſane rebus: homo iumento amplius nichil habet. iumē-
torum itaq; brutalis vita/ quę veneri indulget: vanitas mera eſt.
monet autem nos per hęc Eccleſiaſtes/ ne corpori indulgeamus
ſed animam quę prędita eſt ratione/ virtutibꝰ excolamus. hac
enim ſimiles angelis ſumus. cum vis ipſa ſentiendi/ nobis cum
» iumentis brutiſq; animalibus ſit coīs. Omnia pergunt in vnū
» locum. de terra facta ſunt/ et omnia in terrā reuertūtur. & quis
» nouit ſpiritū filiorum hominis: et ſi ipſe aſcendat ſurſū/ et ſi ſpi-
» ritus iumenti deſcēdat ipſe deorſum in terrā/ Manichei animas
huc et illuc transferri aſſerentes. imortales quidē illas eſſe aiunt:
ſed omnia ſubire corpora tā hominū q̄ brutorū/ reptiliū quoq;
ac plantarū. Nos chriſtiani/ quos diuinę ſcripturę meliora eru-
diunt: iumenta accipimus pro ijs hominibus/ qui non vtente
munere rationis cōparantur iumentis inſipientibus. homines
autem merito illos eſſe cognoſcimus: qui diſtincti a beſtiali ritu
viuendi/ ſecundū rationem ſe moderātur. Quis igitur ſcit num

ij qui apud multos videntur prudentiores/ in ipſo iudicij tẽpore
digni cenſebuntur regno celorũ: an potius ad inferni baratrũ
dimittentur? Quis ire contra/ illud ſcit an qui carere quodam-
modo ratione videntur/ occulto dei iudicio ad ſuperna tollen-
tur? Q; enim rationalis anima ſit imortalis/ brutorũ vero ani-
ma corpori immoriatur: cuius plane manifeſtũ eſt qui pauliſ-
modo ratiõis ſit particeps. Aliter. Multis in locis Eccleſiaſtes
voluptuarij hominis perſonã ſubiens: conuenientes/ ſuſcepte
perſona ſermones loquitur. quaſi dicat quis nouit que futura
ſunt? Edamus et bibamus: cras enĩ moriemur. Explicãs autem
apoſtolus qualia ſint/ que ad preſentẽ vitam pertinent inquit.
Si in hac vita in Chriſto tantũ ſperãtes ſumus. miſerabiliores
ſumus õnibꝰ hominibus. vbiq; igitur Eccleſiaſtes ꝑ enigmata
nos erudiẽs ad futuræ vitæ cogitationem tranſmittit. Et vidi ««
quod non eſt bonum. niſi cũ letabitur homo in operibus ſuis. ««
quis enim adducet illum vt videat que poſt ſe futura ſunt? Si e ««
perſona voluptuarij hominis intelligãtur hec verba: ita intel-
lige. Vidi inquit ego voluptati addictus/ q; nichil ſit boni in
vita preterq̃ letari in ſuis operibus et voluntatibus: et q; hec
portio eſt homini hereditaliq; conceſſa? Que cum verba volu-
ptuarius temere eludetur. docet ſubinde Eccleſiaſtes vnde ſit/
q; huiuſmodi cogitationes huic hominum generi/ naſcantur.
quia videlicet nemo illis poteſt intellectum cecum habẽtibus
oſtẽdere/ que futura ſint eis poſt illas/ quibus nunc fruuntur/ vo-
luptates/ eterna ſcilicet tormenta ſuppliciaq; grauiſſia. Sin au-
tem verba eadem e perſona ſapientis dicta intelligãtur: altior
quidã ac nobilior illis inerit ſenſus. Non eſt inquit homini bo-
num excepta illa letitia ac fœlicitate/ que illum excipiet ex iis
operibus que fecerit in hac vita. actio enim ex qua letitiã ha-
bere expectat/ ipſa ſcilicet ſecundum virtutem: hec erit portio
ſua & ſors. Eum nanq; qui officioſe non vixerit. non contin-
get vita perfunctum redire huc amplius/ vt per penitentiã emẽ-
det que perperam geſſit.

VErti me ad alia:) ❨CAP. IIII
et vidi calũnias que ſub ſole geruntur/ et
lachrimas innocentiũ/ & neminẽ conſola
torẽ/ nec poſſe reſiſtere eorũ violentiæ/ cũ
ctorũ auxilio deſtitutos. et laudaui magis
mortuos q̃ viuentes: & fœliciorẽ vtroq;
iudicaui qui necdũ natus eſt/ nec vidit mala q̃ ſub ſole
fiunt. Ruſũ cõtẽplatus ſum oẽs labores hoim: et idu-
ſtrias aiaduerti patere inuidie ꝓximi/ et in hoc ergo

vanitas et cura ſuperflua eſt.ſtultus complicat man⁹ ſuas:et comedit carnes ſuas dicens melius eſt pugillus cum requie:q̄ plena vtraq; manus cum labore et afflictione animi. Conſiderās repperi & aliā vanitatem ſub ſole.vnus eſt et ſecundum non habet/non filium/non fratrem:& tamē laborare nō ceſſat/ nec ſaciantur oculi eius diuitijs nec recogitat dicens/cui laboro/et fraudo animā meam bonis? in hoc quoq; vanitas eſt:et afflictio peſſima.melius eſt ergo duos eſſe ſimul q̄ vnū. habent enim emolumentū ſocietatis ſue ſi vnus ceciderit:ab altero fulcietur. Ve ſoli:quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe.et ſi dormierint duo:fouebuntur mutuo.vnus quomodo calefiet? & ſi quiſpiam preualuerit contra vnū: duo reſiſtunt ei. Funiculus triplex difficile rūpitur. Melior eſt puer pauper et ſapiens rege ſene et ſtulto:qui neſcit preuidere in poſterum ꝙ de carcere cathenisq; iterdū quis egrediatur ad regnū/ et alius natus in regno inopia conſumat̄. Vidi cūctos viuētes qui ambulāt ſub ſole cum adoleſcente ſecūdo:qui cōſurget pro eo. īfinitus nūer⁹ eſt populi oīm q̄ fuerūt ante eū:& q̄ poſtea futuri ſunt non letabuntur in eo. ſed et hoc vanitas et afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedē tuū ingrediens domū dei:& appropīqua vt audias. multo enim melior eſt obediētia/q̄ ſtultorū victime q̄ neſciūt q̄d faciūt mali.

ℭCOMMENTARIVS QVARTI CAPITIS.

ET conuerti ego me : et vidi calūnias / que fiūt ſub ſole.et ecce fletus calumnias patientium:& non eſt qui eos conſoletur/ neq; poteſtas que liberet eos a manu calumniātiū.et nō eſt qui cōſoletur eos. Ad alia me inquit examinā da conuerti:& cōtēplatus homines vidi calūniatores iniuſtos/ et qui calumniā patiebantur lugentes ex infirmitate.eo ꝙ nullus pro illis contra calūniantes / vindicte potentiā exerceret atq; ita eos conſolaretur. Calūniatores autē ſunt/ alij quidē in pecunijs: alij vero in

opinionibus ſectatum ſunt hæretici contra fideles. quin et ipſe
princeps auctorq; malorū diabolꝰ/ cū apoſtaticis poteſtatibus:
aſſidue calūnias texunt/ mēdaciaq; moliūtur. Et laudaui mor- "
tuos/ q iam deceſſerūt magis q̃ eos qui viuūt vſq; nunc. et feli- "
cior michi vtriſq; qui nōdū natus eſt/ nec vidit opus malū qđ "
patraī ſub ſole. Mortuos viuis putat beatiores. Quid ita? Nēpe "
quia iuſti iam laborū omniū deſiuetunt: peccatores autē laſſati
ſūt ī peccatis. vtiliter itaq; vtriſq; mors cōmunis aduenit. My-
Myſtice ſtico autem ſenſu ita intellige. Qui peccato mortui ſunt/ viuē-
tes in chriſto: longe meliores ſunt illis qui viuūt in peccato.
Tum ſequitur. Et felix michi ſuper vtroſq;: qui nōdū natus eſt/ "
neq; nouit laborioſam hanc vitā. Quā opus malum nominat. "
ab ijs autē verbis Eccleſiaſtæ quidam adducti ſūt: vt dicerent
animam preexiſtere ante corporis iſtitutionem. quomodo enī
inquit vocari poteſt beatus ac felix: qui nichil ſcit? Quibus ita
reſpōdemus. Si quēadmodū ipſi dicitis/ animam in corpꝰ hoc
detruditur/ vt tanq̃ in carcerē correcta corripiatur et caſtigetur
ob ea delicta quę anteq̃ ſubiret corpus admiſit: quomodo tunc
fœlix eſſe poterat/ cū peccaret neq; argueretur? Quem enī di-
ligit dominꝰ arguit: et caſtigat omnē filiū quē ſuſcipit. Si autē
a deo diligi bonū eſt ſi etiā bonū eſt corripi/ deſcēdit autē aīa
in corpꝰ vt corripiař: ergo bona erit corporea hęc vita/ & ī cor
pore hoc fœlicior erit anima illis quę anteq̃ ſubiret corpus pec
cabant/ neq; dignę habebantur correptione diuina. Facile eſt
itaq; euertere illatam ab illis rationem. Neq; enim anima cor-
poris conſtitutione prior exiſtit: et Salomō fœliciorem vocat
vtriſq; qui nōdū natus fuerit/ hoc eſt qui in exiſtētiam nullam
venerit nichilq; fuerit. vt ſermo hic cum dñi verbis prorſus cō-
ueniat: bonum illi erat ſi natus non fuiſſet homo ille. Hac autē
abſoluta queſtiōe: alia nos et quidem grauior queſtio ſuſcipit.
An melius hōmini na tū nō eſſe. Si meliꝰ ſit hoīni nō natū ipſū eſſe q̃ natū: ob malū igiť conti-
gerit homini natum eſſe. Erit ergo malorū cauſa deus: qui ho-
minem produxit in vitā. Quomodo itaq; vidit deus cūcta quę
fecit: et ecce erant valde bona? Cui queſtioni ſic reſpōdemus.
Qꝛ cū duas hoc loco perſonas attulerit Eccleſiaſtes/ alterā qui-
dem calumniam inferentis / alteram vero patientis: non ſim-
pliciter loquitur de calumnia patiente/ ſed lugentem illum in-
ducit pro ijs quę iniuſte patitur. Verba igitur hic expreſſa non
prodeunt a perſona ſapientis aut fidelis hominis: ſed eius qui
in hoc mundo pacē habere percupiat. Philoſophus enī neq; ſi
iniuſte quid patiatur lachrimas fundit: quin letatur potius et
exultat. ſicut et apoſtolus ſcribit rapinam bonorum veſtrorum
cum gaudio ſuſcepiſtis. Cū itaq; eccleſiaſtes duas hoc loco pſ-
ſonas iduxerit/ ad philoſophię normam nequaq̃ ſe moderātes/

quarum altera eſt inferentis/ altera vero calumniā patientis ac pre dolore nimio et ignorantia rerū/lachrimas effundentis. ſubiunxit ꝙ in cōparatione horū duorū hominū carentiū philoſophia/ bonū ſit in natura rerum non eſſe. quā ſane ſententiā facile poſſet experientia ac exemplū nobis veram oſtēdere. ſi quis enim interrogaret ſanctos martyres / apoſtolos aut prophetas/vel cunctos hoies qui ſecundū virtutem vixerūt: agite nobis hoc dicite ſancti viri/propoſita vobis optione vel naſcēdi auctore deo/vel nō naſcēdi vtrā i partē propēſiores fuiſſetis? Nōne ilico reſpōſuros putas: gratias agimus deo noſtro qui ſecūdū bonitatē ſuā nos fecit/ quiqꝫ nos in virtutis gymnaſio voluit decertare / vt has nobis eternę glorię coronas plecteret et iponeret. Satis itaqꝫ oſtēſū eſt ꝙ de peccatoribus et iperfectis hominibus loquitur Eccleſiaſtes. Et vidi ego omnē laborē et omnem fortitudinē operis/ quod emulatio eſt homini. hoc vanitas et electio ſpiritus. Fortitudo et induſtria digna vituperatiōe cēſetur: cum quis vires ſuas circa vanitates intendit/et voti tamē compos efficitur. Zelus autem vituperabilis eſt. qui proxime viciná habet inuidiam. vidi igitur inquit laborem hominū circa res vanas. et alios vidi homines illis inuidere. Vt exempli gratia. inuiſte aliquis diuitias ſibi comparat: ecce alij ſtatim huic inuidere incipiunt / vel ipſi ſimiles conſequi diuitias affectantes/idem et ipſi ſtudium emulantur. huiuſmodi igitur occupatio hominū vanitas eſt: et vt ſepe iam diximus/electio ſpūs. Stultus complicuit manus ſuas. et comedit carnes ſuas. Manꝰ homini date ſunt: vt illis oportuna ſibi et cōuenientia operetur. ocioſus itaqꝫ ceſſator/manus clauſas et complicatas tenens/cū ſubinde pœnitētia tangiꝰ ac dolore diſtabeſcit: dicitur merito carnes proprias deuorare. Myſtico autē ſenſu. Qui operationes ſuas non exercet in virtutibus/carnes deuorat ſuas. cū ipſe ſibi ſit ſuppliciorū mediator et tormētorum proxeneta. Aliter. Complicare/complecti ob dilectionem: et ſalutando blādiri. Stultus itaqꝫ cum diligat turpes ſuas operationes et amplectatur: proprias deuorat carnes/ipſe ſibi iuſtū ſupplicium parans. Bona eſt plenitudo pugilli cū requie: ſuper plenitudinē pugillorū duorū cū labore et electione ſpūs. Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Myſtico autē ſenſu pugillus eſt indeficiēs fides: que eſt in dominum Ieſum Chriſtū duo autē pugilli intelligēdi ſunt: cū quis duobus dominis ſeruire ſtudet/deo ſcilicet & mānonę/et obprobria illa pati q̄ propheta cōmemorat. Vſquequo claudicabis in vtrūqꝫ poplitem: melius eſt ergo ſine vlla controuerſia qđ hic prius poniꝰ. Aliter. Pugillus vnus: vnitas ipſa q̄ materia caret. pu-

Myſtice ac moraliter.

Myſtice.

3. regū 18.

Videt hic intelligere formā ſine materia. Moraliter. Allegorice

gilli duo: materialia q̄ diuidi poſſunt. habetur preterea ipſa
dualitas in ſcripturis ſacris īmunda atq̄ ipura. Nam īmūda
aīalia bina ingrediebātur in arcā Noe. Melius ergo eſt vani-
tatē ſequi ac officioſam vitā ducere cū quiete/hoc ē ſine ina-
nis glorię fuco: q̄ occupari circa dualitatē/ hoc eſt res mate-
riales. Aliter. Contēplari poſſumus hoīem fuiſſe olim pugillū
cū videlicet deus puluerē de terra acciprēs ac veluti pugillo
concludēs plaſmauit hoīem/pugillus etiā fuit mulier. a latere
namq; Adam coſtā manu deus apprehēdens: Euā plaſmauit.

Moraliter. Melior ergo eſt cęlibatus pugillis duobus: hoc ē dualitate &
copula cōiugali. Q uāuis eni cōiugium dānandū non ſit: cę-
libatus certe laudabilis & moleſtia carēs. Et cōuerſus ſum & «
vidi vanitatē ſub ſole. In circuitū (inquit) mouēs oculos mē- «
tis meę/nichil vidi corū/q̄ ſublunaris huius mūdi gratia fiūt
ab hoībus/quod nō vanitas mera ſit. Per hęc autē verba in-
tellige ſignificari nequitias hoīm & peccata. Eſt vnus/& nō «
eſt ſecūdus/nec filius nec frater: nec eſt finis in omni labore «
eius/ nec oculus eius impletur diuitijs. & cui ego laboro: & «
fraudo aīam meā bonis/ hoc etiam vanitas eſt & occupatio «
mala. Amplius (inquit) res hūanas cōſiderans vidi quoſdā/
qui ne legitimos habēt heredes: iſatiabili affectu circa diui-
tias occupari/ oculū habētes inexhauſtū & inexplebilē. Qd
cū ſatis contēplatus ſit/introducit inexplebilē huius hoīs p-
ſonam ex auaritię pœnitentia ita loqui. Et cui ego laboro &
fraudo aīam meā bonis/ Iure ergo & huic labori vanitatem

Myſtice attribuit. Aliter. Myſtice ſic intellige. Eſt vnus. vnū hoc loco
accipit/qui ſeipſum tātūmodo fouet ac diligit: qui ne habe-
re quidē velit filios ac fratres. Nā qui deſiderio illorū tenetur
(quāuis natura nullos affines & cōſanguineos habeat) quia
tamē ſecundū dei p̄cepta charitatem ſectatur/ oēs hoīes quis
externos/eſſe ſibi filiorū loco putat & fratrē. Iuxta illud. Eſto
orphanis tāq̄ pater: & tāq̄ maritus matri eorū. hic itaq; vnus
ac ſolus q̄ hēre nō curat filiū neq; fratrē: laborioſa quadā ele-
ctiōe viuēdi ac ſollicitudie fraudat aīam ſuā bonis/neq; ad fu
tura bona attēdēs/neq; in vita quicq̄ boni efficiēs. huic ergo
& vanitas attribuit. Boni duo ſup vnū: qbus ē bonū p̄ciū in «
labore ipſorū. Concordiā duorū ī operibus bonis laudat: hęc «
nāq; p̄ciū cōſequit apud deū. Itaq; ſaluator bene concordes
apoſtolos binos miſit āte faciē ſuā. Eos vero q turrim ſupbię
fabricātes ī malo ope cōueniebāt: diſſipauit deus atq; diſpſit.

Myſtice Myſtice autē ſic accipe. laudabilis ē & apud deū p̄cioſa duo-
rū (hoc ē aīę corporiſq;) ī bono cōcordia. Quō autē meliores
ſint duo q̄ vnus. exēplo nūc p̄poſito plane ītelliges. Si cor-
pus quidē voluptatibus abſtineat & tēperate ſe gerat/aia ve-
ro ipſa inani gloria capiatur: Irrita quodāmodo vanaq; red-

datur corporis tẽperantia. Rurſuſq; ſi aía quidẽ humilitatem
colat/libidinetur autẽ corpus: aíæ vana eſt hũilitas. Vna enĩ
parte cõpoſiti hominis delinquente aut aía videlicet aut cor-
pore: neceſſe eſt & partẽ alterã cõprehẽdi. Bona itaq; duorũ
» copula & cõcordia: ſi cõueniant ad ꝓcioſam virtutẽ. Quoniã
» ſi cadãt: vnus eriget participem ſuũ. & veh vni ſi cadat. neq;
» ſit alter ad illũ erigendũ. Qui bonis de rebus cõueniunt: mu
tuũ ſibi auxiliũ ꝓſtant. Si enĩ accidat vt alter ex hũana fragi
litate omittat aliquid quod faciendũ ſit: alterius cõſilio emẽ-
dabitur. Qꝫ autẽ dicit ſi cadat. non eſt accipiẽdũ de ambobus
eodẽ tẽpore/ſed modo de hoc/modo de illo. Et ſi dormierint
duo: calor ipſis erit. vnus autem quomodo calefiet? Ex eo qđ Myſtice.
corpori ſolet accidere: ſpiritualiter erudimur. Qui enĩ ſimul
cubãt & dormiũt: magis q̃ q ſolus iaceat calefiũt. Ita etiã qui
ſpiritualiter cõueniũt & cõcordãt. vbi enĩ fuerĩt duo aut tres Ex euãge
cõgregati in noíe meo: ibi & ego ſum in medio ipſorũ dicit lio.
dñs / q videlicet ſancti ſpiritus ignem caloreq; fidelibus ſuis
» gratificat. Et ſi quiſpiã ꝑualuerit cõtra vnũ: duo reſiſtent ad-
» uerſus eũ. Iterũ p ea/q̃ ſenſibiliter ſolẽt accidere: ſpũalẽ nobis
tradit doctrinã. Sicut enĩ duo cõcordi aío vel p forũ plateaſq;
ciuitatis ambulantes/vel p deſertas eremi ſolitudines: tutius
ac facilius repellũt irruẽtis cõtra ſe alterius ĩpetum. Ita & fu-
turum ĩtellige in ſpirituali pugna. Nã cum Eccleſiaſtes edo-
cere nos velit/ q̃ ad corpus aíamq; ptineãt/ſicut etiã Paulus
apoſtolus fecit/quo loco & ipſe triũ q̃ hoĩ inſũt/rerũ mẽtionẽ
facit cũ ait ĩteger veſter ſpiritus et aía cõſeruet/tria nobis la
tẽter cõtẽplãda ꝓpoſuit/ videlicet ꝙ ſi vnus quiſpiã nobis ĩ-
ſurgat/hoc eſt ſupbia carnis: tũc aía ſpiritui amice cõiũcta/ Moraliter.
carnẽ cõpeſcit ac frenat/vt ſpũalibus aię motibus ſubijciat/
& parcat. Sciẽdũ nãq; ẽ(ꝙ ad hũc locũ ptinet)hoĩem tribus
ex rebus cõſtare/aĩa ſcilicet corpore ac ſpiritu: nõ ꝙ ſecũdũ
ſubſtantię vim aliud ſit ſpũs/aliud aĩa/ neq; enĩ duo rõnalia
inſũt hoĩ/ſed ꝙ rõne ſola/ea ſeorſũ cõſiderãtes/aliđ eẽ ſpiritũ
dicam⁹/aliđ aiam. vocamus enĩ ſpiritũ actũ aię ipſius dexte
riorẽ ſublimioreq; vim: qui ſpũs ẽ idẽ(puto)qui & ĩtellectus ſi
ue ipſa mens/ſicut in Eſdrę libris accipi aĩaduertim⁹. aut ita
ĩtellige. Spũs ẽ ipſũ Chariſma ſpũs/ qđ aĩam lętificat & illu-
ſtrat: diuina nobis ĩſufflatione trãſmiſſũ. Itaq; ſi ĩpolutũ ſer
uemus qđ nobis ineſt ad imaginẽ dei factũ: ĩtegrũ habemus
chariſma ſpũale. Sin vero ad peccatorũ ſemitas declinemus:
donũ ſãcti ſpiritus violamus ĩ nobis. hoc eſt (puto) ꝙ apoſto
lus nos precatur manere integros ſicut ab initio fuimus im-
maculatũ habẽtes corpus & aiam purũq; ſeruãtes Chariſma
ſpirituale. Aliter quoq; ita poteſt intelligi. Motus aię diuidũ-
tur in rationabilem/iraſcibilẽ/concupiſcibilem. Si igitur tria

hęc ex virtutę officioq; cōueniant: tunc ſecūdum rectā naturę normā/ira excandeſcit contra malas affectiones ac demo-
Moraliter. nas/concupiſcentię ipſa vis potiora tantū deſiderat (vnde et Daniel vir concupiſcentiarum vocabatur) rationalis autem pars oīa iuſte moderatur/ iraſcibilem vim concupiſcibilemq; cōpeſcens. Sin autem contra eueniat/vt p̄ter legem rationis altera illarum viriū vel ira ſcilicet vel appetitus quod delectat perſequatur: tunc duę reliquæ partes concordi fœdere puritatem ſeruantes / vt rationalis pura concupiſcendiq; vis/iracundiam deprimunt ac ſibi obedire cogunt, aut contra/ ira-
Moraliter. cundia rationi adiuncta: concupiſcentiam ſedat. Ita ergo fit vt cōcordes duo/ tertiū reluctantem redigant in ſeruitutem. Funiculus triplex nō cito rumpetur. Rurſus Eccleſiaſtes: exē- «
plo triplicis funiculi ad ſpirituales nos euehit contēplatiōes. ac primū quidem charitatē nos docet. in concordię nexū nos vocans. Inquit ergo ſi anima corpus & ſpiritus in bonū conuenіant: non facile diſſoluūtur ab hoſtis incurſu. Aliter. cum rationalis aīę vis iraſcendi ac concupiſcendi potentię vnitatis puritatem cuſtodiūt: aīam ſeruant prorſus innoxiā. Ali-
anagogice ter. Qui credunt in conſubſtantialem trinitatem patrem & filium et ſpiritum ſanctū: a reſiſtentibus hęreticis & aduerſarijs expugnari non poſſunt. Bonus eſt puer pauper & ſapiēs «
ſuper regē ſenem & ſtultum: qui neſcit prouidere in poſterū/ «
q̄ & e carcere vinculiſq; īterdum quis ingrediatur ad regnū/ «
q̄q; in regno ipſius natus ſit pauper. Pueri ſermętion eo di- «
gni ſunt honore quo ſenes: neq; ita pauperem veneramur vt «
regem. Comparās igitur Eccleſiaſtes ſtulticiā cum ſapientia: quantum hęc ipſa pręſtet oſtendit. Inquit enī longe potiorē eſſe puerum & pauperem/ modo ſit ſapiens: eo qui ſit ſenex & ornatus regia poteſtate/ ſed ſtultus. amens enī non intelligit poſſe ſapientiā e ſeruili quādoq; cōditione atq; in vincula coniectū hoiem ad faſtigiū regē euehere. Cuius rei exēpla ſumi poterūt ex Ioſeph. quē dei munere inſita ſapiētia & adoleſcentē & p̄cio coemptū & i carcerē detruſū/totius Aegypti gubernatorē cōſtituit. hęc eadē ſapiētia ſi regi inſideat: modeſtiā tueri docet ac frugalitatem. Ita vt regia dignitate qua
Moraliter. pollet: nequaq̄ extollatur ac tumeat. Nam ex dei gratia & ſui cognitione pauperē ſe eſſe itelligit: neq; in regno neq; in diuitiarū copia paupertatis hūilitatē deponit/vt beatus & ipſe ſit quemadmodum & pauperes ſpiritu. Aliter. Seneſcens ac ſtultus: hebręorum populus dici poteſt. Cui qui iunior ſuc-
anagogice ceſſit/ in dei cognitionem populus ex gentibus conuocatus: vere ſapiens ac redemptus a diabolica ſeruiturę / per fidem CHRISTI Saluatoris conſequutus eſt regale ſacer-

Google

172

ſacerdotũ: ſpiritu quidem pauper ſed euangelica beatitudine
decoratus. Exemplar autẽ ac dux huiuſmodi pauperum: ipſe
Chriſtus eſt ſaluator noſter. qui ſapientia quidẽ patris eſt dei
iuuenis autem ſi corporeę geniturę tempus conſideres. idem
quoq; rex dignitate diuina: pauper factus propter noſtram ſa
lutem/ quãq̃ per ſe ditiſſimus. Euaſit idem catenas mortis/
& inferni carcerem fregit ac ſoluit. ſuo nos erudiẽs exemplo
medioeritatem ſectari. cũ dicit. Diſcite a me quia mitis ſum Ex euãgelio
„ & humilis corde. Vidi cũctos viuentes qui ambulãt ſub ſole
„ cum adoleſcente ſecundo qui exurget pro eo. Non eſt termi
„ nus omni populo/ omnibus inquã qui fuerunt ante eos. Et
„ poſtremi non letabuntur in eo. Sed & hoc vanitas & electio Allegorice
ſpiritus. Totus hic locus ad allegoricũ intellectũ myſticũq;
pertinere putandus eſt. quãdoquidẽ nullus eſt/ qui corporali
intuitu cunctos poſſit videre hoĩes/ qui ambulant ſub ſole.
Cum vero myſticum ſenſum alij alio referri cõtendant (nam
adoleſcentẽ ſecũdum alij Chriſtũ dñm volunt intelligi: alij Allegorice
autẽ filium perditionis antichriſtũ) nos vtrãq; proſequemur De atixp̃o
expoſitionẽ. Vidi inquit cũctos iuuenes/ qui ãbulant ſub hoc
viſibili ſole: hoc eſt ipſos peccatores. cum adoleſcẽte ſecũdo:
hoc eſt antichriſto(qui exurget pro ipſo domino videlicet
noſtro Ieſu Chriſto. & nõ erit finis multitudinis peccatorum:
eorum ſcilicet/ qui ab initio ſeculi precesserunt. Sed & poſtre
mi/ qui temporibus antichriſti ſcilicet in eũ credẽt: nõ lęta-
buntur in eo. Neq; enim ſeruare poteſt impietas adherẽtes
ſibi. vt autẽ doceat hunc errorem infidelitatis/ non neceſſitate
nec caſu ſed electione liberę voluntatis eſſe populis aduen-
turũ: adiũxit dicens. Sed & hoc vanitas eſt & electio ſpiritus
Aliter vidiſſe ſe inquit ambulãtes ſub iuſtitię ſole/ omnes ſci-
licet qui vere viuũt ex fide cũ adoleſcente ſecũdo: qui procul DeChriſto
dubio eſt ſaluator noſter homo de celo celeſtis. qui nobis na
tus eſt ac ſurrexit pro adoleſcẽte primo Adam. qui fuit homo
de terra terrenꝰ. & infiniti erant(inquit)ſub hoc ſole in ante- Allegorice
riora/ progrediẽtes hoc eſt ſecundũ viuentis fidei diſciplinã,
preteritę quidẽ vitę obliti tanq̃ mortui peccato/ tendẽtes autẽ
de virtute ĩ vitutẽ/ ſẽper oculos mẽtis ad propoſitã vitę eter
nę gloriã dirigẽtes. Sed quã ſũt poſtremi ipſorũ/ qui nõ dele-
ctabũtur in adoleſcẽte ſecũdo dño noſtro Ieſu Chriſto? Nimi-
rũ vel iudei ſunt qui cũ primi eſſent/ facti ſunt nouiſſimi: vel
qui in fine ſeculi credẽt in antichriſtũ. vel generaliter omnes
qui poſt primos officioſe pieq; viuẽtes: ipſi cum ſenſus & vo-
luptatis illecebras cõſectentur/ merito poſtremi ac nouiſſimi
& habẽdi ſunt & vocãdi. Sed hos quoq; nouiſſimos oſtendit
electione proprię volũtatis nõ gauiſuros eſſe in adoleſcente

ſecundo. Ideoq; tritũ iam ſibi verbũ illud adduxit: ſed & hoc
vanitas et electio ſpiritus. Sciẽdũ eſt autẽ (quod ad predicto-
rum enarrationẽ pertinet) Adam hoiem primũ adoleſcẽtem
Adoleſcẽs. vocari ſub intellectu eius temporis/ quo recens creatus erat
adhuc in paradiſo voluptatis/& vigore iuuẽtutis ſuę ſtrẽnu9
erat operando Virtutes. Vocatur adoleſcens & Chriſtus ſal-
uator: propter magnũ robur diuinę virtutis. Vocatur & ãti-
chriſtus: qui iuuenili temeritate feruidus eſt in malo/ robu-
ſtuſq; nequitię inouator. Cuſtodi pedẽ tuũ/ cũ ingrederis in „
domũ dei. & propinquus eſto vt audias. Equiuoca quadam „
ratione loquendi exterioris hoïs membra & de interiore di-
cuntur vt oculus puta/ manus ac pes & membra reliqua. Nõ
tamen contra contingit: vt interioris hominis partes de ex-
teriore dici conſueuerint. Dicuntur eñ pęne aleq; de anima,
iuxta illud ſi dormiatis inter medios cleros: pennę columbę
Pſalmus deargentatę. inquit ergo Cuſtodi animę tuæ pedem in omni
anagogice opere tuo / cum incedis / vt in conſpectum venias domus
dei/ hoc eſt cęleſtis hieruſalẽ. Qui vero cuſtodit pedẽ animę
ſuę: prope eſt vt audiat/ hoc eſt vt obediat verbo diuinę prę-
ceptionis/& proficiendo mandata legis exequatur. Q; ſi de
corporali pede dictum intelligas / cuſtodi inquit totum cor-
pus tuum: a parte eñ totum ſignificauit/ ne inſtrumentis eiſdẽ
quibus in bono vtimur/ abutamur in malo. Quaſi dicat: ne
queſo pedibus eiſdem quibus templum dei frequẽtas: thea-
trales adito ludos & obſcœna ſpectacula. De alijs quoq; hu-
mani corporis membris: idem intellige faciendum. & profe-
cto qui impolluto pede ſubeunt eccleſiam dei: debent ab im-
pijs locis & prophanis ſe penitus (vt deo contrarijs) conti-
nere. Super donum ſtultorum: ſacrificium tuum. quia igno- „
rant: quid faciãt mali. Quia ſtulti quoq; nonnũq̃ munus of- „
ferunt deo: vt qui ex inani gloria elemoſynam faciunt. Sicut
& Cain/ qui recte quidem offerebat: male autẽ diuidebat. ideo
tuum inquit ſacrificium cum prudentia fiat & diſcretione.
Inſipientes enim non intelligunt/ quoties male offerunt: eo
q; illorum Zelus careat diſcretionis iudicio. Qui enim pru-
dens ac ſciens operatur bonum: pari quoq; cognitione ma-
lum deuitat. Qui vero prius illud ignorat: facile & alterum
ignorabit. Illud itaq; quod ait/ quia ignorant quid faciãt ma
li. ita intellige. hoc eſt ignorantia occupantur: & tenebris
obteguntur mentem. Proprie autem ac diſtincte locutus eſt
cum dicit donum ſtultorum: ſacrificium vero prudẽtium tã-
tũmodo intellexit.

¶CAP. V.

173

NE temere quid loquaris: neq; cor tuū ſit velox ad proferendum ſermonem corā deo. Deus enim in cęlo: & tu ſuper terrā. idcirco ſint pauci ſermones tui. Multas curas ſequūtur ſomnia: et in multis ſermonibus inuenietur ſtulticia. Si quid vouiſti deo: ne moreris reddere (diſplicet enī ei infidelis & ſtulta promiſſio) ſed quodcū q; voueris redde. multoq; melius eſt non vouere: q̄ poſt votum promiſſa non reddere. Ne dederis os tuū vt peccare facias carnem tuā: neq; dicas coram angelo nō eſt prouidētia. ne forte iratus dominus cōtra ſermones tuos: diſſipet cuncta opera manuū tuarum. vbi multa ſunt ſōnia: plurimę ſunt vanitates et ſermones inumeri. Tu vero deum time. Si videris calūnias egenorum/ et violenta iudicia/ et ſubuerti iuſtitiam in prouincia: non mireris ſuper hoc negocio. quia excelſo excelſior eſt ali⁹: et ſuper hos quoq; eminētiores ſunt alij/ et inſuper vniuerſę terrę rex imperat ſeruienti. Auarus non implebitur pecunia: et qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. et hoc ergo vanitas. vbi multę ſunt opes: multi et qui comedunt eas. et quid prodeſt poſſeſſori: niſi q̄ cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis ē ſōnus operāti: ſiue parū ſiue multū comedat. Saturitas autem diuitis: nō ſinit eum dormire. Eſt et alia infirmitas peſſima quā vidi ſub ſole: diuitię conſeruatę in malum domini ſui. pereunt enī in afflictione peſſima. generauit filiū qui ī ſūma egeſtatę erit. ſicut egreſſ⁹ eſt nudus de vtero matris ſuę: ſic reuertetur/ et nichil auferet ſecū de labore ſuo. miſerabilis prorſus infirmitas. quomodo venit: ſic reuertetur. quid ergo prodeſt ei q; laborauit in ventum? cunctis

Google

diebus vite ſuę comedit in tenebris: et in curis mul-
tis et in erũna atq; triſticia. Hoc itaq; viſum eſt mi-
chi bonũ: vt comedat quis et bibat/et fruatur lęti-
tia ex labore ſuo/ quo laborauit ipſe ſub ſole nume-
ro dierũ vitę ſuę/quos dedit ei deus. et hæc eſt pars
illius: et omni homini cui dedit deus diuitias atq;
ſubſtantiam / poteſtatẽq; ei tribuit vt comedat ex
eis/et fruatur parte ſua/et letetur de labore ſuo: hoc
eſt donum dei. non enim ſatis recordabitur dierum
vitę ſuę: eo ꝙ deus occupet delicijs cor eius.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

Ne feſtines in ore tuo: neq; properet cor tuum
ad offerendũ ſermonẽ in conſpectu dei. Quo
niã deus ẽ in cęlo ſuperꝰ: et tu inferiꝰ es in ter
ra. Promptã ad loquendũ linguam corripiẽ-
dam monet: tũ vero quia e temerario ac prõ
pto corde ipſi linguę fatuę/ſententię quas effe
rat / ſuggerũtur. vt fontem quoq; ipſum ac ca
put obſtruat inſipientium verborũ: inquit. ne
properet cor tuũ efferre verbum in conſpectu dei: quaſi dicat/
quia deus vbiq; præſens omnia perſpicit / etiam deprehen-
dens occultas animę cordiſq; cogitationes quãq; per ſermo-
nis indiciũ nõ emergant. deus enim qui in altiſſima cęlorũ
ſpecula ſedem habet: quę in imo fiũt conſpicit vniuerſa. Ali-
ter. Ne temere de diuinis myſterijs verba profũde: neq; vtcũ-
q; õnia quę in buccã veniunt. Mortalis enim homo cum ſis /
ac graui corpore circunſeptus & orbis infimus habitator: ne-
quaq̃ potes inuiſibilis dei ſubſtãtiam ſupercęleſtiſq; compre
hendere. Iccirco ſint pauci ſermones tui ob omnes cauſas ſu
perius dictas. ſitu tui ſermones nõ ſolum pauci numero: ſed
etiam diligenti examinatione perpenſi. Quoniam in multi-
tudine tentationis aduenit ſomnium: & vox ſtulti in multi-
tudine ſermonum. *Si more prouerbij* abſolute ac libere hoc
dictum putes: ita intellige. Sic vt qui per diem multis tenta-
tionibus curiſq; agitantur/per quietem ſubinde ſomnijs con-
turbantur: ita & ſtultus in multiloquio peccans / ſua ipſius
voce arguitur. Aliter ſicuti ſomnium dormientem quem-
piam vel ad auaritiam vel ad libidinem tentans / euolat
mox/ & irritum euaneſcit / vt nihil eorum quæ facere vide-
batur/certum eſſe contingat: ita et vox hominis ſtulti nichil

vtile cõmodũq; cõcludẽs/ſõnio videtur eſſe perſimilis. Quaſi
dicat ſõnijs cõparatur ſtulti hominis ſermo. Sin autẽ velis
Eccleſiaſten quaſi ratione confirmantẽ que ſuperius attulit:
hec verba ꝓferre/ videlicet/quoniã aduenit/ſomnũ in mul-
titudine tentationis et vox ſtulti in multitudine ſermonum.
Ita accipies: vt quaſi nos moneat dicẽs. Ne multiloquus eſto
ac nugax: neq; ſtultitiã tibi inſitã tuo profer ſermone. quoniã
multe/nugacibus adueniũt tentationes: que ipſos nõ inter-
diu ſolum vigilantes cõturbent /ſed per quietẽ quoq; dormi- Votum
entes exterreãt. Sicut vouiſti votũ deo: ne moreris illud red-
» dere. quoniam non eſt volũtas in ſtultis. Tu igitur quecunq;
» vouerisredde. Votum eſt: cum quid deo pollicemur nos red-
dituros. vouemus autẽ deo et pollicemur non pecunias mo-
do: ſed abſtinentiam victus et caſtitatem/ & que ſunt generis
eiuſdem. Quia ergo ſtultos perſepe pollicitorũ pœnitẽtia ſu-
bit ac dolor/nolẽtes vota perſoluere: hortatur vt cito ac ve-
» lociter que promiſimus deo reddamus. Melius eſt te nõ vo-
» uere: ꝙ poſt votũ promiſſa nõ reddere. Malũ eſt proculdubio
ac deteſtabile ſi nichil vnꝗ velis deo tribuere: multo tamen
eſt peius ſi pollicearis te deo quid daturũ/ neq; pſoluas. Duo-
bus igitur propoſitis malis: bonum dixit/quod minus eſt ma-
lum. Alio quoq; ſenſu ita intellige. Caue ne quid temere pro-
mittas in conſpectu dei. quia ſimul ac reus voti factus fueris/
multitudo te circũueniet tentationũ: que perſoluere promiſ-
ſionem impediat. Ita vt ne dormiẽs quidem ſine moleſtia ſis
futurus. vt exempli gratia pecunias auarus quiſpiã vouit deo
ſe redditurum. mox aũt nõ interdiu ſolum torquetur et auo-
catur rationibus hinc inde ſubductus/ egeſtatẽ ſibi ac paupe-
riem ante oculos ponens: ſed(vt par eſt) dormiens quoq; eiſ-
dem imaginibus curiſq; conturbatur/ ne vota deo perſoluat.
Quanto autem ſupplicio torquendi ſint qui contẽnunt vota
cõplere: docet nos ĩ Actibꝰ apoſtolorũ Anania et Saphira re-
» pentina morte ſublati. Ne dederis os tuum: vt peccare facias
» carnem tuam. Lingua ſi nugax fuerit: corpus totũ coinqui- Actꝰ apoſtolorum
nat. preſerti vero ſi cum mulieribus incautus ſermo cõmiſce-
» atur: carnem ſtimulat ad peccãdum. Neq; dixeris ignorantiã
» eſſe in cõſpectu dei. Cum effrena inquit lingua peccaueris ad
pœnitẽtiam redi: neq; conſuetã pretende excuſationẽ ꝙ ĩpru-
dens neſciuſq; peccaueris. Aliter. Qui in ipſa fece nequitie
voluantur/ita prudentiam dei negant et aſpernuntur. vt di-
cant dedignari deũ curare ac ſcire que hic ab hominibus ſce-
lera cõmittantur. at tu nequaꝗ hec dixeris. nichil enim latet
» oculos dei. Ne forte iraſcatur deus contra ſermonẽ tuũ: & de-
» ſtruat opera manuũ tuarũ. Ne inquit ore tuo ac lingua pec-

cauerisne et fructum bonorū operū tuorū amittas. iratus enī deus cōtra temerarios ſermones: delet e libro vitę ſi quid eſt/ quod videamur nobis bene laudabiliterq; feciſſe. Aliter. Caue dicas/ deus ignorat q̄ ab hoibus perpetrātur. Iraſcitur enī talia dicētibus: neq; approbat opera illorū. Siplices quoq; ac tardiores ingenij peccatores/ nichilomin⁹ e medio tollit: aut paupertate eoſdē plectit/ illorū fortunas operaq; corrūpens. Quoniam in multitudine ſōniorū ac vanitatū copiaq; ſermonū. Tria ſimul valde ſimilia cōparauit. Inania ſcilicet ſōniorum phātaſmata/ vanos hoīm labores et ineptā multiloquij loquacitatem. Sōnij enī perſimilia ſūt nugacis hois verba/ neq; ſane multū a ſōnijs differūt irrita hoīm ſtudia. i multitudine igitur ſōniorū/ hoc eſt ſōniātiū hoim fruſtraq; laborantiū/ nec nō verba plurima effūdentiū/ iraſcitur deus. multitudinem autē hoc loco non ſimpliciter multiloquiū intelligē/ ſed ocioſiloquium. Paulus enī loquēs de regno dei quāuis ad mediam vſq; noctem verba produceret: nullo tamen auditores afficiebat faſtidio. Qui autem multa quidem verba profundat/ rem vero ipſam/ de qua agitur minus facilem reddat: nichil ferme videtur loquutus fuiſſe. Sed et qui ocioſe ac preter rem loquitur: in verbo quoq; vno nugax eſſe deprehēditur. Semel autē nobis cunctarū virtutū obſeruantiam ſuggerens. Tu inquit deum time. Timor enī oia excedit. Si calumniam pauperis et rapinā iudicij videris in prouincia: ne miretis ſuper hoc negocio. quoniā excelſo excelſior eſt alius qui cuſtodiam habet. et ſuper ipſos alij quoq; excelſi ſunt/ & ſuperfluitas terre. Rapinā iudicij vocat: cū ditiores in prouincia et ciuitate largitionib⁹ corrūpūt iudices ad iniqua iudicia. Aliter. Etiam rapinā iudiciorū exercet: qui cauſas nichil ad ſe pertinentes/ violēter ſibi vēdicat et extorquet. ait ergo. Quotieſcūq; videris calūnia et largitionibus/ inopes a potētioribus premi: ne admireris/ hoc eſt ita ob hanc ipſā rē indignetis/ vt flutare mundū ſine vlla prouidētia ſuſpiceris. Deus enim ſuper omnes excelſus oia ſpeculans et obſeruās/ quę ab ipſis patrātur: qui ſibi videtur excelſi/ locupletes et glorioſi. reddet vnicuiq; pro ſuorū operū dignitate. et ſup ipſos excelſi: hoc eſt q ſe ſeipſos inaniter iactāt et magnifaciunt/ nichil aliud ferme cēſendi ſunt q̄ ſuperfluitas terre/ hoc eſt inutilis terrę globus et maſſa. Iuxta illud/ qd ſuperbis inquit terra et cinis? Super omnes autem rex eſt dominus agri elaborati. Generali quadam concluſione vtens. Deus inquit/ inſtar viridarij mundum ſibi hunc excoluit et ornauit: et in eo dominatur vt agri dominus/ cuius et aſſiduā prouidentiam ge-

Lr̄a greca oro defecit ut. deē enī verbū iraſcitur deus in multitudine ſoniorū ac vanitatū.

rit. Non itaq; decet opinari mũdum carere gubernatione re-
gnantis/ob eas quę inter homines fiunt iniquitates: immo Allegorice
reuocare mentẽ oportet. Q; cum mundus hic ager nuncupe-
tur iuxta Euangelicã parabolã: deus hominẽ mũdi huius re-
gem dominũq; conſtituit/ ſicut ſcriptum eſt, omnia ſubiecisti
ſub pedibus eius, admonet itaq; nos hoc loco Eccleſiaſtes di- Pſal.
gnitatis noſtrę: vt debitam venerationem deo exibentes/qui
nos regia honeſtauit corona pie officioſeq; viuamus. Aliter.
Quandoquidem deus vniuerſi huius mundi verus eſt domi- Moraliter
nus et poſſeſſor/velut agri cuiuſdam diligẽtia ſũma elabora-
ti, idcirco ſeduli caueamus ne demoliamur vineã domini Sa-
baoth/ aut iniquis actionibus aut impijs dogmatis/ aut per-
nicioſis doctrinis. omnib9 eni preeſt/omnia ſpeculatur agri
dominus et poſſeſſor elaborati. Aliter. Diuina ipſa Scriptura
eſt velut ager quidã ferax et odoratus/ quaſiq; paradiſus op-
timis arboribus conſitus habenſq; theſaurum occultum. Par
eſt autem vt qui hũc habere querunt theſaurum: placere ſtu-
deant regi domino agri huius/ hoc eſt deo omnipotẽti. Pla-
cebunt autem: ſi cunctis mundi delicijs renunciauerint: et ſi
neq; iudęorum more/ſolum litteræ iacentis ſenſum confectã-
cur/ neq; e cunctis etiam ſcripturę verbis allegorias et myſte-
ria perſcrutẽtur/ ita vt tanq̃ inutilem poſthabẽtes litteræ ve- Quaſi ea
ritatem/plantas agri huius radicitus ſubruant et euellant cũ quã ſua ſi-
potius deceat fideliter quę ſunt ſcripta rimari: et duce ſpiritu bi ſoli ven
ligonibus terram verſare. Ita nimirũ deo placebim9 agri hu- dicat et aſ-
ius domino: et ſpiritualem illi paradiſum reddemus excultũ. ſeruat
Qui pecuniam diligit: pecunia non explebitur. et qui amauit
fructus in multitudine ipſius. et hoc etiã vanitas. Huius ſen- Aliter. ſua
tentiæ poſterior particula ita conſtruenda eſt. et qui amauit
fructus: hoc eſt quicunq; amauit ſibi ipſi / non autem con-
munis vtilitatis gratia congerere fruct9: quaſi dicat qui labo-
rat auaritiæ morbo ſiue pecuniam congerat ſiue fructus/ nũq̃
expletur plura ſemper affectãs/ vt potius pecuniarum dici ſer-
uus q̃ dominus mereatur. Multitudine bonorum multiplica- Gręca lrã
ti ſunt qui comedunt ea. et quę virtus ac fortitudo poſſiden- hoc loco
ti bona/ principatus eni eſt illi vt videat oculis ſuis. Symma- valde eſt
chus iterpres poſteriorẽ particulã ita cõuertit. Quę eni virili- obſcura.
tas ineſt habẽti ea bona/ niſi vt tantũmodo ea ſpectet ocu-
lis ſuis/ Sẽſus autẽ hic eſt. Inuenias q ſũma aiũ vt et corpo-
ris cõtẽtiõe flagitiũ aliqđ aggrediat vt auar9 ſolet/ q q̃cunq;
poteſt ratiõe pecunias cogit eſtq; fortitudo hæc ſtrẽnuitaſq;
dãnanda. Qui vero ſic ipudenter auari ſũt; hoc ſibi tãq̃ bonũ

cunis de ventre matris in hunc mundū veniſſe: rurſus inſpiciat morientis manū, etenim inueniet eum ſicut nudus & inanis pecuniarum venit e matris vtero: ita et pauperem ſubire ſinum telluris ex hac vita cōmigrātē. merito ergo ſequi-
,,tur. Et nichil accipiet in labore ſuo vt veniat in manū ipſi-
,,us. et hoc īfirmitas mala. Sicut enī aduenit. ita et abibit. Quid
,,ergo eſt illi amplius? laborat enī in vētū. et omnes dies in te-
,,nebris/in luctu et triſticia multa/in infirmitate et ira. Si itaq; neq; auarus ipſe/neq; illius filius/ quem heredē ſibi inſtituit/ neq; hominū prorſus aliquis poteſt ſecū moriēs quid efferre ſenſibilium facultatū: nōne infœlicis animę morbus eſt auaritia? Quid itaq; laboras in ventum: cum ſint diuitię prorſus inſtabiles et aquatilis bullæ cū detumeſcit/ perſimiles? Sed & ipſa auari vita ī tenebris elangueſcit/ hoc eſt in ignorantia/ et luctu. Auarus enim neq; ſui ipſius miſeretur: cum parce ac vix congeſtis vtatur. ſed etiam triſti inſuper iracūdia ſtimulatur: et leui occaſione in cōtentionem ſurgit et excandeſcit/ animam graui egritudine occupatus. Vide igitur quot auarum incōmoda circumueniāt: poſt quę defunctum vita etiam tenebrę inferni ſuſcipient repulſum a cōſpectu dei/ iuſta illius
,,ira ſeueriſſime puniendū. Ecce/ vidi ego bonū: hoc eſt vt co-
,,medat quis et bibat et videat bonū ī omni labore ſuo/ quem
,,laborat ſub ſole/in numero dierū vitę ſuę quos dedit ei deus
,,Diuitias enim dedit/ſubſtantias & poteſtatem vt comedat ex
,,eis/& accipiat partē ſuam et letetur in labore ſuo. hoc eſt do-
,,nū dei. Non enim recordabitur multis diebus vitæ ſuę eo ꝙ deus occupet illū ī letitia cordis ſui. Auari perſonam miſeriaſq; ſuperius oſtendit Eccleſiaſtes. Cumq; viſus ſit in eū grauiter irruiſſe. nunc viciſſim aliā aggreditur curādi rationem. vt non inuehendo perterreat: ſed vt blande ac ſenſim contrectando/ ſi fieri poſſit/ liberū metu/ ſuſpitionibus/conciliet? Quia enim auarus ſic malis affectionibus occupatur/vt ſimplicem virtutis exacte medicinam ferre non poſſit: multa cū prudentia noſter Eccleſiaſtes quę iucūda homini contingūt in vita/breuiter percurrendo/preceptis ſuis admiſcet. atq; ita mox docet non oportere vētri oīa et gulæ luxurioſius indulgere: cum breuis hoc in ſęculo nobis futura ſit vita. hortatur itaq; (aliud intendens) auarum. vt dū viuit: ſuis vtatur bonis ita diſſimulanter appoſitis voluptatibus abducere illū ſtudēs ab auaritiæ morbo. Inquit ergo/ bonū eſt tibi Auare locuplex comedere/ bibere ac letari. donec ea meditaris/ quę ſunt ſub ſole. Sed profecto decet etiam te id cogitare: ꝙ paucos ac numerabiles dies tibi ad viuendum dederit deus. Tempus enī vitæ tibi cōceſſę ſecretum eſt tibi in ſortem/terminiſq; deſcri-

ptum. Cũ itaq; diuitias a deo acceperis/ facultatemq; illis vtẽdi. cogita nõ ſolum vt comedas & bibas/ ſed vt portionẽ tuã ſortemq; accipias. vide autem q̃ ſit admirabilis Eccleſiaſtæ noſtri doctrina. Poſtq̃ eni blãde permulcendo metum auaro ſuſpitionemq; minuit/ edendi ſcilicet ac bibẽdi voluptate propoſita. tũc ſenſim irrepit docens/ non eſſe hanc ſortẽ hominis parteq; propriã vt eſculẽtis ſcilicet poculẽtiſq; perfruatur. Monet ergo vt partẽ ſibi decẽtius decretam accipiat: hoc eſt hereditatẽ ac ſortẽ/ quę ſit illi ſtabilis ac perpetuo duratura. Ea vero eſt diſpergere pauperibus opes ſuas: & de huiuſmodi diſpenſatione ſolidam letitiã capere. hoc enim vere eſt donũ dei: in elemoſynis et charitate pauperum vitã operãq; conſumere. Tunc vero vt magis illi perſuadeat partem hanc ſibi propriam capere/ hoc eſt bene vti ſuis diuitijs/ vt ita ſtabiles illi fiant: reuocat illi in memoriã breuitatẽ vitæ huius/ cum dicit. q̃ nõ multos recordabitur dies vitæ ſuę. huiuſmodi autẽ hominis occupatio in pauperibus ſubleuandis: & acceptiſſima eſt deo/ & miſericordis cor aĩmãq; letificat. Et hęc quidem quę docuimus ab Eccleſiaſte adducta/ nunc blande auaros adhortãdo/ nunc cõtra ſeuerius increpãdo: ſatis fuerit ad ipſius litterę ordinem ſenſũq; explicãdũ. Qui vero diuinius ac ſublimius loquentẽ poteſt audire Eccleſiaſten/ cum

Myſtice & allegorice.

meminerit ad ſe pertinere illud Euãgelij dictũ/ Qui habet aures audiendi audiat: idem profecto nouit qui ſolus ſit bonus. vnus enim bonus eſt deus. Idem quoq; nouit q̃ qui manducat carnem filij hominis & bibit eius ſanguinẽ: futuræ fœlicitatis partem hic aliquam/ fruitionemq; accipit. bene igitur operam inſumit ſuam/ virtuteſq; exercet: dũ eſt ſub ſole/ hoc eſt in pręſenti vita ſecum animo deputans. Q: deus numerabiles poſuerit dies ſuos. Neq; deceat ne vnũ quidem illorum pati vacuum ac ſterilem preterire. labor enim/ quẽ virtuti homo impendit: proprie dicenda eſt hominis eſſe pars: quę ſola nimirũ efficiet vt pars noſtra ſit deus. Iuxta illud quod pater Eccleſiaſtæ noſtri canit in pſalmo: portio mea es domine. Et

Pſalmus.

profecto he ſunt illę diuitię/ de quibus ait apoſtolus. in omnibus diuites facti eſtis in ipſo: in omni cognitione et ſapiẽtia. Nam qui hęc bona ſpiritualia bibit et comedit/ et in his letitiam ſuam ponit: plane intelligit q̃ hęc Chariſmata dei ſũt/ auetq; peruenire ad ęternã vitam. Temporariã vero hanc: vt exigui ſpacij deſpicit et contemnit. accidit enim hoc omnibus qui dei munere circa ſpiritualia occupantur/ et ad ea cõtemplãda mentẽ attollunt: vt mũdana hęc omnia paruipẽdãt. Si qui vero putãt diuitias iſtas/ ſenſibileſq; fortunas ſũmũ eſſe hominis bonũ: hi mihi paucis rogandi ſunt. Quid ita ſiq;

illas deus ęquę cunctis hoībus non impartiat/ cum tamē idē perſonarum nō ſit acceptor/atqui cernitur quę vere ſunt bona: cunctis ęque liberaliter effudiſſe hoc eſt liberū arbitrium diſpoſitioneq; ad exercēdas obeūdaſq; virtutes. Quapropter licet ad bene officioſeq; viuēdū diuitiæ adminiculo eſſe poſſunt/ & virtutes ipſas quandoq; vt pręmia conſequantur: non abſolute tamen/ neq; ſuapte natura vel bone vel male dicēdę ſunt et habende. Sed cum per ſe medię ſunt ac ſuſq; deq; accipiantur: facile tranſeunt & immutantur in habitum bene illis maleue vtentis.

ℭCAP. VI

ESt & aliud malum quod vidi ſub ſole: & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit deus diuitias et ſubſtantiam & honorem/ & nichil deeſt animæ ſuę ex omnibus quę deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem deus vt comedat ex eo/ ſed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas: et magna miſeria eſt. ſi genuerit quiſpiam cētū liberos/ et vixerit multos annos/ & plures dies etatis habuerit/ & anima illius non vtatur bonis ſubſtātię ſuę/ ſepulturaq; careat: de hoc ego pronūcio/ ꝙ melior illo ſit abortiuus. fruſtra enim venit & ꝑgit ad tenebras et obliuione delebit nomē eius. Nō vidit ſolē: neq; cognouit diſtantiā boni et mali/ etiam ſi duobus milibus ānis vixerit/ & nō fuerit perfruitus bonis. nōne ad vnū locū properāt omnia? Oīs labor hoīnis in ore eius: ſed aīa eius nō īplebit bonis. quid habet āplius ſapiēs a ſtulto/ & qd pauper niſi vt ꝑgat illuc vbi eſt vita? Melius eſt videre quod cupias: q̄ deſiderare quod neſcias. ſed & hoc vanitas eſt & preſumptio ſpiritus. qui futurus eſt: iam vocatū eſt nomen eius. & ſcitur ꝙ homo ſit: & non poſſit contra fortiorem ſe in iudicio cōtendere. Verba ſunt plurima: multamq; in diſputando habentia vanitatem.

ℂ SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

Eſt et malū qđ vidi ſub ſole et quidē frequēs eſt apud hominem: vir cui dabit deus diuitias ſubſtantiam et gloriam/ & non eſt quod deſit animæ ſuę ex omibus quę cōcupiſcet/ nec tribuet ei poteſtatem deus vt comedat ex eo. Nā vir extraneus vorabit illud. et hoc quoqꝫ vanitas & ĩfirmitas mala. Litterę huius itellectus/ recta fertur in auaros & nimia parcitate aſtrictos. Qđ autem inquit. Nec tribuet ei poteſtatē deus vt comedat ex eo. Simile eſt illi quod ait apoſtolus ſcribens ad Romanos. tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ. Non ꝙ deus ipſe quenq̃ hominum cogat auaritiam intemperantiāue ſectari: ſed ꝙ ea permittat/ quę homines electione liberę volūtatis aggrediuntur/ dum liberi arbitrij naturam facultatēqꝫ conſeruant.

Myſtice — Myſtico aut ſenſu ita intelligēdū. Sæpe accidit vt aliquis magnas ſibi diuitias in dicendi copia & i ſciētia ſcripturarum cōpararit/ aliarūqꝫ rerū cognitione. ſed quia deinde fœditas morum verbis ſuis diſſidet ac doctrinæ/ hinc fit vt qui in libros illius traditioneſqꝫ incidūt/ magnā inde ipſi quidem vtilitatem capiant/ nichil vero ipſe

Euangeliū — author emolumēti perceperit/ eo ꝙ arreſpōdētes verbis mores non habuerit. De huiuſmodi viris intellexit ſaluator/ cū dixit. quicquid dixerint vobis facite: ſecundū vero opera eorum nolite facere.

Allegorice — Aliter. Diues olim fuit populus iudeorum/ locupletatus lege/ prophetis & ſacerdotio: qui tamen ex diuitijs fructum non cœpit morbo graui correptus impietatis in ſaluatorem ſuū cōmiſſæ. propterea venerūt extremi: et bona ſua comederūt/ populus ſcilicet e gentibus in Eccleſiam cōuocatus. De quo ſcriptū eſt. Qui alienati erant a gubernatione Iſrael & externi a teſtamēto promiſſionis. Si genuerit quiſpiam centum liberos & vixerit multos annos/ & multitudo magna fuerint dies annorū eius/ et anima illius non impleatur bonis ſubſtantiæ ſuę & ſepultura illi non fuerit: ego dixerim ꝙ melior illo ſit abortiuus. in vanitate enim venit et pergit ad tenebras. & in tenebris occultabitur nomen eius. non vidit ſolem neqꝫ cognouit. requies huic ſuper hūc. Quod ait. Si genuerit quiſpiam centum per hyperbolen dictum

Hypbole — intellige. vtitur autem hoc loquēdi modo ſcriptura: cū a paruo declinat in imenſum aliquod. hyperbole enī eſt ſermo veritatem excedēs: vt aliquid expreſſius ante oculos ponat. ſicut et apoſtolus ait. adhuc per exceſſum viam vobis oſtēdo.

Nota — ſi linguis angelorū loquar/ & ſi habuero omnem ſciētiam/ & cognouero cuncta myſteria/ charitatem vero non habeant:

nichil michi prodeſt. atqui ſine charitate haberi illa/q̄ receſ-
ſuit: non eſt poſſibile. Sed quo pacto ſit accipiendū quod di-
cit: ipſe ꝑueniens nos edocuit. cū dixit per hyperbolen viam
vobis oſtendo. Dicit ergo Eccleſiaſtes. Quāuis tā fœcundus
in numero filiorū quiſpiam fuerit: quod eſt impoſſibile. ſi ve-
ro etiā ad annoſum vixerit ſeniū/flagitioſę autē neq; ſecūdū
virtutem duxerit vitā/atq; ita perdite vt defunctus ne ſepul-
tura quidem dignus cēſeatur (q̄ſiquidem & hoc perſępe ipſū
contingit) facile dixerim tali Homine lōge meliorē eſſe abor-
,, tiuū. Hic nanq; homo vere in vanitatē venit/& in tenebras
,, pergit/in ignorantia viuens: & nomen ipſius in tenebris oc-
,, cultabitur. Cū delēdus ſit e libro viuentiū : neq; dignus ha- Abortiuus
bēdus ſit iuſticię ſole. Quare autem abortiui fœtus aut mor-
tui enaſcantur/ aut vnū viuant diem alterūue: explicare hoc
loco non eſt conſiliū/ſed potius inſcrutabili diuinę prouidē-
tię relinquendū puto. Myſtice autem quę ſuperius dicta ſunt Myſtice.
intellige. Apoſtolus quidē & ipſe erat Iudas ſcariothis & do-
ctrinę ſuę verbis multos genuit filios / ſed quia ſubinde non
impletus eſt bonis vt perſeueraret in finem / ſed cōuerſus eſt
ad iniqtatē/repletuſq; ē potius ſpiritu ſathanę: ſepultura etiā
caruit/hoc eſt nō imortuus fuit ſaluatoris ſepulturę. Qui enī
CHRISTO cōſepulti ſūt in baptiſmo/munuſq; dei cuſtodiūt
in virtute viuentes: hi profecto & cū CHRISTO reſurgunt.
Talis itaq; magiſter ac doctor qui multos quidē genuerit ſua
doctrina diſcipulos (hoc ei ſignificat cētenarius ille nūerus)
multūq; ętatis edocēdo contriuerit/ tali autem quā modo di-
xinus ſepultura dignus nō habeatur / eo q̄ mortuus pecca-
to & ſepultus non fuerit. ꝑgit dubio procul ad tenebras/ neq;
videbit iuſtitię ſolē, Paulus vero apoſtolus/ qui de ſeipſo di- Paulus a-
cit. Nouiſſime autem omniū tanq̄ abortiuo viſus eſt & mihi : bortiuus.
ſepultura dignus eſt habitus/qui & bonū certamen certauit/
cupiens diſſolui/& eſſe cū CHRISTO. De illo autē qui male
vixit: & Hieremias ſcribit/ ſepultura aſini ſepeliēt. hoc ē/ nō
habebitur dignus quiete hominū rationaliū / cum paſſiones
,, carnis conſectatus inſtar pecorum vitam finierit. Et ſi mil-
,, le annorum vixerit curſum: bona nō cognouit. Nōne ad lo-
,, cum vnū omnia pergunt. Etiam ſi ad copiā filiorum conge-
ſtaſq; diuitias hoc cuiq̄ dei munere accedat / vt mille ānorū
ſpacio ſit in vita/non tendat aurē ad verum bonū/ hoc eſt vt
ſecundū virtutem laudabiliter viuat: quid ſibi deniq; omnia
illa proderunt? Etenim in eundem pariter pergit locum: in
quem abortiui pergūt / & qui acerba morte intercepti rapiū-
,, tur e vita. Terra eſt enim hic quoq;: & in terram ibit. Omnis
,, labor hominis in ore ipſius: ſed anima eius non implebitur.

d i

Quia ſuperius de eſculentis ac poculentis mentionem fecit: ne quis forte ſuſpicari poſſit ipſum veneris & gulę illecebras attuliſſe/apte nunc inquit.& ſi homines ad indulgentiā ventris plurimos labores inſumſit: nichil tamē eorum quę gulæ gratificantur/ipſius animæ parit ſaturitatem. ſed inanis penitus ac ieiuna perſiſtit: cum ſibi conueniēs alimentum verbi ſcilicet ac virtutum ex inertia hominū nō accipiat. Aliter.

Moraliter.

Nequitia: imperfectum quid eſſe cenſetur. anima ergo/quę huic annexa perdurat. ſemper aliquid profert flagitioſi/ cōtumelias ſcilicet/iurgia/blaſphemias/doloſa verba. Neq; propterea tamen expletur: eo ꝙ nequitia (ſicut dixi) imperfecta incōpletaq; ſit. Quid enim eſt amplius ſapiēti q̃ ſtulto? Quoniam nouit pauper ambulare in conſpectu vitę. Quid habet (inquit) amplius ſapiens ab ipſo ſtulto? quaſi reſponderi deceat/multum ſane habet/atq; omnibus modis. Stultus enim ſeſe voluptatibus more pecudum mancipauit. ſapiens vero pauper ſpiritu/iuxta euangelij dictū ambulat corā vita/ hoc eſt ꝑ virtutū ſemitas pergit / donec denū perueniat ad vltimū appetibile. Diſſolui enim cupit & eſſe cum CHRISTO: qui profecto eſt vita ęterna.

videtur id inuere qd̃ nostri theologi exp̃ſ ſius dicūt appellātes peccatum priuationē ac nichil.

Moraliter.

Allegorice

Aliter populus ſtultus & inſipiens iudeorū/ in ligno vitam ſuſpēdit. Gentilis vero populus olim pauper & vacuus gratiarum dei / ad crucifixū accurrit/ ita profectus in conſpectum vitę ſalutari in dominū IESVM CHRISTVM fide locupletatus eſt. Melius eſt ꝑſpicere oculis q̃ ambulare iuxta voluntatē aīę ſuę. ſed & hoc vanitas eſt: & electio ſpiritus. Inquit apoſtolus animalis homo nō percipit ea/q̃ ſunt ſpiritus. Eſt vero animalis homo: qui traditus appetitui ſenſitiuo ſemitas rationis egreditur. Et in euāgelio ſcriptū eſt. Si oculus tuus lucidus fuerit: totū quoq; corpus tuū lucidum erit. hoc eſt ſi rationalis animę vis/ipſe ſcilicet intellectus/luce fuerit illuſtrata: appetitus ſenſitiui licentiā/ in ordinē ſuū rediget. longe itaq; melius eſt perſpicaces habere oculos animę ac rationis/ luce ſancti ſpiritus illuſtratos q̃ pergere iuxta voluntatē animę hoc eſt animalis hominis ritu/ qui in tenebris ambulat. neq; enim aliud iſte homo cēſēdus eſt q̃ vanitas & electio ſpiritus. cum certa electione cōſilij aīalis homo affectus ſit/ad vanitateſq; commigrarit.

Animalis.

Euangeliū

Sed ex euāgelij verbis/q̃ nos ad huius loci cōparationem attulimus: ſuboriri dubitatio poteſt. cū illic vnius oculi tantum/ hic vero duorū mētio facta ſit. Dicimus autē ibi quidē intellectū vnius oculi appellatione ſignatū eſſe: hic vero ſpirituales operationes intellectus / practicā ſcilicet ac ſpeculatiuam oculorum dualitate mōſtrari/ quibus qui pie officioſeq; vtatur: ꝑſpicacem ſane habebit oculorum ſtatū. Eſt preterea & illud ſcitu digniſſimū: morē hunc eſſe diuinę ſcripturę/ vt pro-

Queſtio

vna tantũ potentia/ totam animã nobis quandoq; proponat vt a concupiſcibili: cũ dicit. & comedet vuas donec impleat aiam/ hoc eſt appetitum. ab iraſcibili autem: cũ dicit. anima benedicta tota eſt ſimplex: homo autẽ iracundus caret pudore. Pro parte nanq; iraſcibili ipſum totũ/ hoc eſt animã protulit. Cum vero inquit animas noſtras ſanctificati ad obediẽtiã veritatis/ quia rationalis tantũ potẽtia ſanctificationis eſt capax: ad hanc vnã vim ſenſum intẽdens/ totũ ipſum hoc eſt animã noĩauit. Quandoq; vero totũ cũ partibus ſuis animæ appellatione vult intelligi. vt cũ dicit. omnis aĩa poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit. hoc etiã loco ad rationalem aſpiciens potẽtiam quã dualitate oculorũ expreſſit. lõge melius eſſe ait homini ſpũali q̃ aiali. ,,Si quid fuit iã vocatũ eſt nomẽ ,,eius. & ẽ cognitũ q̃ ẽ homo: & nõ poterit iudicari cũ eo/ qui ,,ſit fortis ſup eũ. Quoniã multa ſũt verba augẽtia vanitatẽ. Multi ſũt inqt ſermones vanitatẽ multiplicãtes: q̃ ĩpudẽter efferũtur cõtra ꝓuidẽtiã dei. Sũt nãq; permulti q̃ incõſultius quęrãt/ quare hũc deus paupertate oppreſſit hoiem. huic vero cõtra magnas opes diffudit? Cur hunc venuſtũ eſſe voluit hũc deformẽ? & q̃ ſũt huiuſmodi curioſę nugatiões/ quas vt e medio tollat noſter Eccleſiaſtes: ait oĩm rerũ q̃ factę ſint rationes cur ita factę ſint/ repoſitas eẽ apud authorẽ deũ. q̃ tãte eſt ſapiẽtię: vt nõ ſolũ eas ſciret eſſe futuras anteq̃ fierent ſed earũ quoq; noĩa recõdita haberet in preſcientię ſuę cõſilijs. Si quid eni deus in generationem ꝓduxit. huius & rationẽ & nomen cõphenſũ habuit apud ſeipſũ. Cũ itaq; multo ante p̃ſciret q̃ cuiq; homini vtilia eſſent futura: ita deniq; vnũquẽq; produxit in vitã. cũ iñ preſciret oẽs hominis cõditiones/ q̃ mutabilis q̃ mortalis q̃ imbecillis erat futurus. Nullus itaq; hominũ audit efferre verba cõtra illũ q̃ nouit oĩa anteq̃ hãt & cõueniẽti loco ſingula ſtatuit iuxta ſibi vni cognitas rationes. Nõ eni poterit quiſq̃ iudicari/ hoc eſt cõtẽdere in iudicio cũ fortiſſio oim. vincet eni ꝓculdubio fortis iuxta qđ Dauid canit i pſalmo. vt iuſtificeris in ſermõibus tuis. & vincas cũ iudicaris.

Fuit vel factum eſt. Lr̃a gręca το κριθῆναι hoc loco ſignificat iudiciũ venire/ ſiue litigare ſicut ĩ pſal. & vĩcas cũ iudicaris id eſt cum in iudiciũ veneris.

Cap. VII.

QVid neceſſe eſt homini maiora ſe q̃rere: cum ignorat quid conducat ſibi in vita ſua/ numero dierum peregrinationis ſuæ/ & tempore quod velut vmbra pręterit: aut quis/ ei poterit indicare: quid poſt eum futurum ſub ſole ſit? Melius eſt nomẽ bonum q̃ vn-

guenta precioſa: & dies mortis die natiuitatis. Melius eſt ire ad domum luctus q̃ ad domũ conuiuij. In illa enim finis cunctorum ãmonetur hominũ: & viuens cogitat quid futurum ſit. Melior eſt ira riſu. quia per triſticiam vultus: corrigitur animus delinquentis. Cor ſapientium vbi triſticia eſt: & cor ſtultorum vbi lęticia. Melius eſt a ſapiente corripi: q̃ ſtultorum adulatione decipi. quia ſicut ſonitus ſpinarum ardennum ſub olla: ſic riſus / ſtulti. ſed & hoc vanitas. Calumnia conturbat ſapientem: & perdet robur cordis eius. Melior eſt finis orationis q̃ principium. Melior eſt patiens arrogante. Ne ſis velox ad iraſcendum / quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Ne dicas quid putas cauſę eſt: ꝙ priora tempora meliora fuere q̃ nũc ſunt/ Stulta enim eſt huiuſcemodi iterrogatio. Vtilior eſt ſapiẽtia cũ diuitijs: & magis prodeſt videntibus ſolem. ſicut enim protegit ſapiẽtia: ſic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & ſapientia: ꝙ vitam tribuũt poſſeſſori ſuo. Cõſidera opera dei: ꝙ nemo poſſit corrigere/ quem ille deſpexerit. In die bona fruere bonis: & malam diem precaue. ſicut enim hanc ſic & illam fecit deus: vt non inueniat homo cõtra eũ iuſtas querimonias. Hæc quoqꝫ vidi in die vanitatis meę: iuſtus perit in iuſtitia ſua / & ĩpius multo viuit tempore in malicia ſua. Noli eſſe iuſtus multum: neqꝫ plus ſapias q̃ neceſſe eſt ne obſtupeſcas. Ne ĩpie agas multũ: & noli eſſe ſtultus ne moriaris in tp̃e nõ tuo. Bonũ eſt te ſuſtẽtare iuſtũ: ſed ab illo ne ſubſtrahas manũ tuã. quia qui timet deũ: nichil neglígit. ſapiẽtia cõfortauit ſapiẽtẽ ſup̃ decẽ principes ciuitatis. Nõ ẽ eni hõ iuſtus ĩ terra q̃ faciat bonũ: & nõ peccet. Sed & cũctis ſermonibꝰ q̃ dicũt/ ne

accomodes cor tuũ: ne forte audias ſeruũ maledicentem tibi. ſcit enim conſciẽtia tua: quia & tu crebro maledixiſti aliis. Cuncta tentaui in ſapientia/ dixi ſapiens efficiar: & ipſa longius receſſit a me/ multomagis q̃ erat. & alta profunditas: quis inueniet eam? Luſtraui vniuerſa animo meo vt ſcirem & conſiderarem/ & quęrerem ſapientiam & rationem/ & vt cognoſcerem impietatẽ ſtulti & errorem imprudentium: & iueni amariorem morte mulierem/ quæ laqueus venatorum eſt/ & ſagena cor eius/ vincula ſunt manus illius. qui placet deo: effugiet illam. qui autem peccator eſt: capietur ab illa. ecce hoc inueni dixit Eccleſiaſtes: vnum & alterum vt iuenirẽ rationẽ quã adhuc q̃rit aĩa mea & nõ inueni. virũ de mille vnũ repperi: mulierẽ ex omnibus non iueni. ſolũmodo hoc iueni: ꝙ fecerit deus hoĩem rectũ & ipſe ſe iſinitis miſcuerit q̃ſtionibus.

¶COMMENTARIVS SEPTIMI CAPITIS.

„ QVid eſt amplius homini? quoniam quis nouit quid ſit homini bonũ? Quid futurũ eſt ſibi. & in vmbra ea fecit. quis enĩ homini nũciabit quid poſt eum futurum ſub ſole ſit? Nõ officioſam hoĩs vitã/ ſed vanã ſultãq; carpit: cum dicit. quid habet amplius homo. qui circa vana & pitura occupatur? Dices ne hunc habere venuſtã cõiugem? Verum cui ſatis conſtat ob eandẽ ipſam coniugem doliturus nec ne ſit? vel ĩ adulterio dephẽſã/ aut alias afferẽtem doloris cauſas? An pecunias habere hunc dices? Atqui pecunię Iudã ad laqueũ cõpulerũt. An vero potius vineam? Quaſi nõ propter vineã ſit Naboth inſidias mortẽq; perpeſ-
„ ſus. Quis enĩ homini nũciabit/ quid illi ſit euẽturũ donec eſt
„ in hac vita? Preſens vero hæc authoritas noſtri Eccleſiaſtę oẽm funditus euertit diuinãdi ſuperſtitionẽ/ vanaſq; aſtrologorũ nugas de hominũ genituris. Nullus enĩ mortaliũ certã futurorũ ſcientiã cõſequi poteſt. Vt vero etiã cõcedamus homini cũcta ad votũ in hac vita ceſſura eſſe: illo tamẽ calculo hũc vrgebimus/ qui eũ male vrat & torqueat nũerabiles ſcilicet poſitos eſſe ſuę vitę dies/ qui velut vmbra tranſcurrũt. Ex

quo plane comprobatur, viuẽdum eſſe nobis ſecundum vir-
tutem / mentis oculos erigentibus ad futuram vitam / mor-
tis & vmbrarum imunem / de qua nobis abunde per prophe-
tas / apoſtolos / & redemptorem mundi eſt tradirum. Quæ
enim ventura nobis in hoc mundo ſint: penitus ignoramus.
Quæ vero nobis repoſita ſint in futuro ſeculo : fide iam ſci-
mus / ꝙ tormenta videlicet peccatores / ęterna vero gloria iu-
ſtos accipiet. Melius nomen bonũ / oleo bono: & dies mor-
tis ſuper diem natiuitatis eius. Symmachus pro eo quod le-
Symmachus. gimus ſuper oleum bonum: tranſtulit ſuper vnguentum be-
ne olens. In vnguento autem omnes hominum delicias ſi-
gnificauit. Melius itaq; eſt inquit / ex officioſis actionibus lau-
dabilis famę fructum percipere / & exultare ob nomen ſuum
ſcriptum in cœlis propter viuam bonorum operum fidem : q̃
frui omnibus humanis delicijs. Bonam etiam decernit eſſe
tranſitus vitæ huius diem: ſuper diem natiuitatis. Natalitius
enim dies in turbulentum vitæ huius pelagus nos inducit :
vbi draco latibulum ſuum poſuit. tranſitus vero dies : e ſta-
dio nos educit. Et ſiquidem peccator fuerit qui decedit: pec-
care vltra iam deſinit. qui vero fuerit iuſtus: vita perfruetur
Allegorice ęterna. Myſtice autem melius eſt habere nomẽ bonum / hoc
eſt habere CHRISTVM in portione ac ſorte propter fidei
chriſtianę ſacramentum / & vocari eius cognomine chriſtia-
nũ: q̃ ſine illius fide / in elemoſynas facultates ſuas profun-
dere. Multi nanq; gentilium quia hoc carent nomine : ſine
vlla vtilitate ac fructu animæ ſuæ fortunas ſuas erogant in-
digentibus. Si tamen hoc fecerint affectu miſericordię moti:
ipſi quoq; in cognomen hoc ſanctũ / aliquo pacto peruenient.
Sicut & Cornelius ipſe venit Centurio. Bona eſt etiam inte-
ritus dies. quia peccato mortui / CHRISTO conſepelimur:
ſuper diem vulgatis huius ac mundanę natiuitatis / qua nos
Adã pater primus in vitã progenuit. Melius eſt ire ad domũ
luctus q̃ ad domũ cõuiuij : propterea ꝙ hic futurus eſt finis
omniũ hominũ. Luxurię maculas & deſidię / quas aĩa con-
trahit e cõuiuijs / etiã ſanctus ille Iob cum ſecũ tacite reputa-
ret. ſacrificia pro expiandis filijs offerebat / q̃q̃ illi non malo
conſilio / ſed tuẽdę cõcordię gratia cõuiuia inter ſe quaſi co-
Charistia. gnatorũ Chariſtia celebrarẽt. Funebris vero luctus lõge vti-
lior eſt cõuiuio. In eo nanq; cõmunem fragilitatis hũanę cõ-
ditionem reputantes : & orbatis compatimur & errores pro-
prios emẽdamus ac in melius reſipiſcimus. Hoc eni ſignifi-
cat quod ſtatim ſubſequitur. Et viuẽs affert bonũ in mentem
ſuam. Super riſum: bona eſt ira. In triſtitia eni vultus: cor &
animus emendabitur. Iraſci ſine peccato: bonũ laudabileq;

cenſetur. vt cum quis vel cõtra demonas/ vel contra carnis
paſſiones inſurgit & excandeſcit. & huiuſmodi iram: hoc loco
bonam appellat. Quę autem non odio peccati/ ſed appetitu
vindictę illatas vlciſcitur iniurias: hęc dãnanda eſt ira. Me-
lius itaq; eſt hoc pacto iraſci: q̃ riſu lento diſſolui. Grauis eni
vultus nec reſolutus/ correctionis eſt index: & ad ſolidũ vir-
tutis gaudium animã parat. Aliter. Iraſci quodãmodo dici
poteſt: qui ſeuera delinquẽtes corripit obiurgatione. Melius
eſt ergo vel p̃ceptori vel domino ſubditos oratione graui co
ercere: q̃ per riſum atq; blãditias pati illorũ mentes langueſ-
cere. In vultus enim auſteritate quam hoc loco triſticiam
nominat: & ſibi melius conſulet/ & ſubditos in viam probi-
» tatis conuertet. Cor ſapientium in domo luctus: & cor ſtul-
» torum in domo leticiæ. Vir ſapiens eſt funebri luctu ſecum
animo deputans ſeſe natum de corruptibili carne/ breui ex
hac vita migraturum: mortales cęteros/ qui eadem ſunt nati
conditione affectu pio proſequitur. Contenit autem quęcũq;
ſuis oculis obuerſantur: vt caduci mortiq; ſubiecta. Stultus au
tem cum mẽtis hebetudine/ ſolida putet eſſe quę ſunt in mũ-
do/ neq; illorum mutationẽ intelligat/ proptereaq; futuri exi-
tus ſit ſecurus: delicijs effluit/ voluptatibuſq; indulget. ani-
maduerte autem quod initio te admonui ac ſæpe obiter re-
petiui: Eccleſiaſten noſtrum non ingenue quidem ex ſentẽ-
tia ſua loquentem / ſed ex perſona voluptarij. quam non-
nunq̃ (vt ſibi cõmodum eſt) aſſumit/ ita de patinis/ poculiſq;
diſſerere/ vt videri poſſit ijs/ qui non intelligunt obliquũ ſer-
monis ductum/ velut Epicureus quidã/ bonum hominis vo-
luptate metiri. Sed animi ſui conſilium compluribus in lo-
cis plane oſtendit. Tum proxime a nobis loco expoſito: vbi
ſapientis ait mentem verſari in domo luctus / ſtulti vero in
» domo leticiæ. Melius eſt audire correctionem ſapientis ſu-
» per virum audientem carmen ſtultorum. Hoc nanq; effe-
» minat animum : ſapientis vero correctio colligit & confir-
» mat. Quia ſicut vox ſpinarum ſub olla: ita riſus ſtultorum.
Ebulliens (inquit) riſus & cachinatio ſpinis videtur eſſe per- Aliter ſub lebete,
ſimilis: quæ ſub olle fundo ſtrepitantes conflagrant. Primo
quidem, quia ſicut ille fragor ardentiũ ſpinarum plane per-
cipitur auditu/ q̃ q̃q̃ oculis non cernatur. ita & immodeſtus
cachinni ſonus ſtultos facile prodit. Tum vero inde a ſpina-
rũ globo fumus attollitur: hic quoq; calligo quędam inẽtis/
ex huiuſmodi riſu cognoſcitur. Ibi ollam ſpinę ſuccendunt:
hic animam ſtulti riſus/ peccati ſorde non carens/ igni parat
ęterno. Sapiens eni vix tenui ac modeſto riſu vultũ reſoluit.

Vel circũducit lxx, aquila & theodotion.

Sed et hoc vanitas, quia calũnia vexat ſapientem & perdit cor vigoris eius. Aliam vanitatis ſpeciem nobis ante oculos ponit. Quem vero hic ſapientem vocat ſi profecto accipiendum putes / qui cum ceciderit non colliditur in tentationibus: tunc ita intellige. Inſipientes corde / qui nõ ſunt dei gratia confirmati: non ſolum in ſeipſis / ſed in dei prouidẽtia ſcandalum patiũtur / ita vt calũniis ac blaſphemiis abſtinere non poſſint: ꝙ vel deum intueri humana non putent / vel contemptu quodam humanarum rerum / pati omnia temere imutari, cum ſępe videant impios lętis exultare ſucceſſibus: cõtra autem iuſtos grauiter premi, ad hoc ptinet illud / quod in pſalmis cecinit Dauid. Pene effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Sentis ne quomodo animæ vires labefactus ſit / & neſcio quid ineptire videatur? Sed quia perfectus erat ſapiẽs ac ſpiritu ſancto plenus: ſtatim ſubdidit. nouiſſima / ad quę peccatores demũ perueniant: facti ſunt in deſolationem / ſubito defecerunt / perierũt propter iniquitatem ſuam. Si vero ſapientem pro eo acceipias / qui nuper ſacra ſit imbutus doctrina: plane ſcito ꝙ neophyti huius / hęreticorum contagia & calũniæ & diabolicę tentationes & quę modo rettuli iuſtis impiiſq; cõtingere / facile poterunt animę vigores infringere. Quę niſi mature ad ſe rediens cõualeſcat / huic quoq; vanitatis ſarcina inſidebit. Melior eſt finis orationis ꝙ̃ principium. Orationis in qua agitur de virtute: melior eſt finis principio. neq; enim ſolum cepiſſe pulchrum eſt: ſed multomagis rei cẽptę finem impoſuiſſe. Melior eſt longanimis: eo qui ſpiritu ẽt elatus. Superius eſt a nobis dictum quę contraria ſint / in comparationem proprie dictam venire non poſſe. non itaq; comparatiue ad amuſſim accipienda ſunt quę nũc tradit Eccleſiaſtes. ſed diſcretis rationibus ita vt ſe habent reputãda. Inquit ergo ſapientem ac longanimẽ bonum eſſe. illi autem / qui per ſuperbiam ſpiritus leuiter efferatur, deum reſiſtere. Ne ſis velox in ſpiritu tuo iraſci, quoniam ira in ſinu ſtultorum requieſcet. Ne ſis velox / id eſt caueto ne malum iracũdię conceptas habitum: ita vt tranſeat in affectum cordis. ſed ſi oporteat forſitaſſe ex enata occaſione nõnichil iraſci: caue tmẽ ne in paſſionem ac peccatum temere cadas. Ira enim quę culpabilis eſt: habitat & quieſcit in ſtultorum mente ac capite / quod hoc loco ſinum vocauit tanꝗ̃ ire ſit receptaculum quoddam / ſedeſq;. Aliter quoq; in ſinu accipies / quaſi dicat ne ſtultorum more ac ratione carentium hominum iram in ſinu cõfoue: neue illi blandiendo indulge atq; adulare. quod profecto efficiunt: qui procliuiores ſunt ad vlciſcendum. Ne di-

» cas quidnam factum eſt. q priores dies fuerunt preſenti-
» bus meliores. Non enim ſapienter de hac ipſa re interroga-
» ſti. Quotidie ſic ſtulti homines loqui ſolẽt. Dicunt enim pa-
trum noſtrorũ tẽporibus illis priſcis loqui deus hominibus/
modo per angelos/modo per ꝓphetas ſolebat. licebat anti-
quis patribus vxores multas accipere/ multas diuitias poſſi-
dere: que tamen nobis euangelica lex cohercuit. Sunt prete-
rea qui dicãt olim me deus auxilio ſue gratiæ ꝓtegebat: nũc
vero me penitus ſolũ dereliquit/ ideoq; bona operari nõ poſ-
ſum. hec autẽ omnia ſunt inſipientũ verba. Eſt & alios ita
blacterantes audire. Tempeſtate noſtra mũdus hic malis ho-
minibus eſt refertus: alij ſunt boni dies/ alij vero mali. Cete-
rum qui duce virtute ſuam moderatur vitã: de vita in vitam
tranſit/ ac de fide in fidem proficit operibus bonis/ neq; apud
illum eſt aliqua dierum differentia. Sed congruis rationibus
nouit euertere: quas paulo ante adduximus ſtultorũ hominũ
» queſtiones. Bona eſt ſapiẽtia cũ hereditate & amplius eſt vi-
» dentibus ſolẽ. Quoniã ſapiẽtia eſt in vmbra ipſius. ſicut vm-
» bra argenti. Multa quoq; cognitio ſapientiæ viuificabit ha-
» bentẽ ſe. Ille cui per dona ſpiritus datur ſermo ſapientiæ: ha-
bet proculdubio ſapientiã cum hereditate ac portione ſancti
ſcilicet ſpiritus. hic etiã copiam magnam habet cognitionis
in vidẽdo ſole hoc: quem luminare magnum vocamus. neq;
enim pulchritudine attonitus illum cultu latriæ veneratur vt
deum: neq; in ſola illius admiratione/ ſpectaculoq; conſiſtit.
Sed ab hac ſolari luce: ꝓportione quadã ducitur ad authorẽ
ſolis contẽplãdum/ atq; diuina ſuperiori luce perfũditur. Pre-
ſtat enim ſapientia quecũq; argentum preſtat/ ſiue pecunia.
eripit a periculis. extruit ciuitates. protegit habẽtẽ: accipit enĩ
vmbra hoc loco pro ipſa protectione. habet autẽ adhuc am- Vmbra
plius ſapientia/ viuificantem ſcilicet cognitionem ſiue ſciẽti-
am. Dum perſuades viſibilia cuncta cõtemnere/ ſolã vero ſu- ·
ſpicere vitam eternã. Aliter. Sapiẽtia (inquit) cum heredita-
te ac ſorte/ hoc eſt fides cum operibus: amplius aliquid pre- Moraliter.
ſtat habentibus ſe q̃ alijs/ qui mortuã ſine operibus fidẽ ha-
beãt. Quid autem amplius preſtat? Nempe ſolem ipſum. ad
ſolem nanq; iuſtitie contuendũ perueniunt/ qui viua ſunt pre-
diti fide. Argẽtũ vero in ſcripturis Myſtico ſenſu pro eloquio
ipſo accipitur. ſicut igitur enarratiuus & dilucidus ſermo do- Myſtice.
cet nos ſapiẽtiæ diſciplinas: ſic & vmbra ſapiẽtiæ/ hoc eſt pra-
ctica virtus/ que introductio quedam eſt ac veluti vmbra per-
ducit nos ad perfectam ſapientiã diuinarum ſcilicet rerũ cõ-
templationem & intellectum. huiuſmodi vero ſapiẽtiæ poſ-
ſeſſio: vitam nobis confert ſempiternã. Per vmbram itaq; ar-

genti/hoc eſt verborum enunciationẽ/quę rerũ quaſi vmbra
quępiam eſt: ad res ipſas & ſcientias peruenimus. Per ſapiẽ-
tiæ vero vmbrã hoc eſt practicam vitã/ quę eſt veluti prępia
introductio ad theoricã: peruenimus ad cõtẽplandã diuina-
rum rerum ſublimitatẽ. Ita vero litterã cõpones. Sapientia eſt
in vmbra ipſius/ id eſt ſublimis contẽplatio myſteriorum: eſt
in practica vita ipſius poſſidentis. ac per hoc qui prius hanc
habuerit vmbrã. habebit & mox ſapientiã. ſicut vmbra argẽ-
ti ſupple ſe habet ad ſapientiæ diſciplinas· hoc eſt ſicut verba
ſũt prępia & inducũt ad ſapiẽtiæ diſciplinas. Vide opera dei. «
quoniam quis poterit adornare quem deus peruerterit in die «
proſperitatis eius? Fuere permulti. qui videntes enormitates «
rerum magnas cõtingere vita mortalium: dum nolunt au-
thorem malorũ & iniuſtitie deũ aſſerere/ egregie ſe putarent
illius partes tueri poſſe/ ſi in aliud blaſphemię genus ac ſtul-
titię laberentur. Dicebant enĩ neq; a deo mundum creatum
eſſe/ neq; vlla dei prouidẽtia gubernari. Si enim curã gereret
deus humanarum rerum: cur inquiunt nõ omnes æque diui-
tes ſtatuiſſet? Curue non omnibus vegetam tribuiſſet ac pro-
ſperam corporis ſanitatem? Hanc vt radicitus tollat opinio-
nem noſter Eccleſiaſtes: manifeſte aſſerit eſſe deum mũdi au-
thorem. nec poſſe quẽq̃ corrigere quę ſint praue obliquata: il-
lo excepto. vt claudos (puta) reuocare in ſanitatẽ: & quę ſũt
generis eiuſdẽ. Q2 ſi velis plane cognoſcere omnia nobis ad
vtilitatem noſtram deũ diſpenſare: adijce animũ ad ea quę
protinus inſequũtur/ videlicet. Viue in bono & intuere in die «
mali. intuere inq̃ hoc enim cõgruũ. huic fecit deus de diſſer- «
tatione: vt nõ inueniat homo poſt eum quicq̃. Viue inquit ſe- «
cundum virtutem. hoc eſt enim viue in bono: & obſerua cum
tibi tentationes infortuniaq; acciderint/ vt videas cõgrue ac
oportune necne cuncta fecerit deus. hanc vero humanorum
caſuum rationẽ pulchre nobis deus occuluit: quam & diſſer-
tationis noĩe ſignificauit Eccleſiaſtes/ q2 de huiuſmodi rerũ
cauſis ſoleant homines inter ſe multiplices diſſertationes af-
ferre. Pulchre inq̃ deus illã nobis occuluit. Ne cognoſcat ho-
mo quę ſibi ſunt euentura. Congrue vero deus atq; appoſite
quod videt nobis malũ adducit. poſt id/ quod viſum eſt no-
bis bonum. Contraq; non nunq̃ bona malis ſuperinducit: vt
exempli gratia/ bene quis valet/ et hoc fruitur bono viuẽs ſe-
cundum virtutem/ pauloq; mox in aduerſam incidit valitu-
dinem/ vel de opulẽto pauper efficitur. & quid ita nobis hęc
euentura non prę uidemus? curue horum euentuum cauſas
ignoramus? Nempe ad maiorem noſtram cõmoditatem. Si
enĩ quę vẽtura nobis eſſent homines perſciremus: nullus dei

Zenobius Quia aliq textus hñt ἐν σκιᾳ αὐτῆς & nõ αὐτοῦ hoc ẽ ſapientia eſt ĩ vmbra ſua ipſus. itelli-ge ita ſub-limis ſpeculatio myſteriorũ eſt aliquo modo in ſua vmbra id eſt in practica vita: quia cum prius exercitiſuerim9 ĩ practicis virtutib9/ mox ita purgati aſcendim9 ad lumen ſpeculationum

Cõgruum vel cõſonũ

nobis ieſſet metus/ nulla religio. hac autē perutili rerū igno-
ratiōe concluſi: cum ad ſingula pendeamus/ & deum pio co-
limus metu/& cognoſcimus ab eo & quidem ſolo nobis ma-
lorum omniū finem futuriū. Nullus quippe illo poteſt exce-
pto quod peruerſum eſt in hominibus emendare. Conſonū
eſt itaq; quod eſſe videtur diſſonū: & ęquale eſt quod inequa-
le videtur. Vnde omnes eodē pacto cōmuniq; futurorū igno
ratione cōmouentur ad timorē dei. Protinus vero ſubſequi-
„ tur. Omnia vidi in diebus vanitatis meę. hęc (inquit) vt ſa-
piens conſideraui in diebus vanitatis. vocat autem vanita-
tis dies pręſentem vitam. Primo quidem quia viuentes ho-
mines pleriq; quod fas piūq; eſt minus ſequuntur. Tum vero
etiam quia fugit velut vmbra neq; conſiſtit. Eapropter futu-
„ rę vitæ deſiderio nos extimulās inquit. Noli eſſe iuſtus mul-
„ tum neq; nimium ſapias: ne obſtupeſcas. noli eſſe multū im-
„ pius/ neq; ſis durus. ne moriaris in tempore nō tuo. Cum vir-
„ tus ipſa in mediocri quadam norma conſiſtat: vicia vtrinq;
aſſident per exuberantiā & defectum. inquit ergo ne ſis mul-
tū iuſtus/ hoc eſt ne exuberanti odio viciorū oēm abijcias er-
ga delinquentes beniuolentiā tanq̄ rigidus & inhumanus.
ſed neq; ſis nimiū ſapiēs aut plura q̄ ſit opus querito. ne quā-
do obſtupeſcas. nimia ſūt ac plura neceſſarijs: quecūq; ſunt
extra limites ſacrę doctrinæ. inquit ergo quæcūq; noſtram ad
vtilitatem diuinus ſermo nobis voluit eſſe occulta: ne ſollici-
ti ſimus ea inquirendo. hęc enim perſcrutari: ſtupor eſt quidā
ac phreneticæ mentis vicium. Sed neq; circa dogmata opi-
nioneq; ſectarum multum cōmorādo ſis impius ac ſuperſti-
tioſus. ſtudeto autem queritare quod verum eſt. Curatoq; vt
ſalubri pœnitētia tua deleantur peccata. Noliq; eſſe durus:
hoc eſt qui emolliri neſciat/ quiq; aduerſetur ſpiritus ſācti do-
ctrinę. Subinde autem generali quadam comprobatione cō
cludit. Ne moriaris tempore non tuo. Importuno tempo-
re ac non ſuo decedit e vita: qui conſumatus non fuerit in
virtutibus/ ſed qui in peccatis moritur/ quibus conuixit. Qui
vero eſt virtutum plenitudinem conſequutus: ſicut granum
„ frumēti quod maturum eſt/ cadit in tempore ſuo. Bonum eſt
„ te hoc tibi aſciſcere: hoc autem ne pollueris manum tuam.
„ quoniam qui deum timet egredietur ōnia. Cum proxime de
vicio precepit ac virtute: nūc apposite ſubinfert. Quod bonū
eſt hoc ſibi/ id eſt virtutem comparare/ bonum quoq; ſuas Moraliter.
actiones quas hoc loco manus vocauit impollutas vicij cō-
tagione ſeruare. Tū vero et de timore domini ſācto qui nos
ſanctificat: facit mentionē cū dicit, deū timēs oia egredietur.

Cum enī ſuas orationis actiões ex virtute moderetur/ et pro-
Allegorice fectibus aſſiduis augeat:euadet illeſus omnia tētationū cer-
tamina. Sapientia auxiliabitur ſapiēti ſuper decem qui pote- «
ſtatē habent in ciuitate. Non eſt homo iuſtus in terra qui fa- «
ciat bonū & qui nō peccet. Dominus noſter IESVS CHRI-
Vt q̄uis STVS qui/eſt ipſa ſapiētia:eiqui in ſe crediderit/ iā per fidei
lumen ſapienti effecto/ auxiliatur multo validius q̄ decē pre-
cepta legis/que in ciuitate iudeorū potentiam & authorita-
tem magnam habēt. Vt enim quis decem ſeruaret precepta
legis:non tamē etat quin ex mortali fragilitate in peccatum
aliquod laberetur. Ipſa preterea lex/ nullum iuſtificabat: no-
ſter vero dominus IESVS CHRISTVS ſapiētia nobis fuit/
iuſtitia ſāctificatio & redemptio. Aliter. Ipſe homo patuus eſt
mūdus/ſed hoc loco ciuitas nominatur/quinq; ſenſus habēs
Moraliter in corpore/ quinq; i anima. Si itaq; putet homo poſſe ſibi ip-
ac phyſice ſi ſatis auxiliari per decem ſenſuū(qui ſibi ſunt inſiti) faculta-
tem: reipublice ſue curā geſſerit dei ſapientia CHRISTVS
noſter/ fruſtra ſe ſciat omnē operam deſumpturū. homo enim
cum ſit ex peccati carne progenitus:non peccare nō poterit.
Greca lr̄a Cunctis ſermonibus/quos impii loquentur/ ne adhibeas cor «
hoc loco tuum. ne etiam tu audias ſeruum tuum imprecantē tibi. Sepe «
aliqd am- enim tibi iniquus erit: & deſcenſibus q̄plurimis affliget cor «
plius ha- tuum/ ſicut & tu aliis iprecatus es. hoc loco nos admonet Ec- «
bet q̄ latia cleſiaſtes īiuriarū penitus obliuiſci nomine impiorum cōui-
ciatores & iniurios percatoreſq; demum omnes ſignificans.
Tum generali quadā cōprobatione concludens:non oporte-
re inquit aurem accōmodari contumeliis ac maledictis ne ſi
tuus quidem ſeruus tibi mali quid imprecetur/ ita vt plerūq;
Moraliter. ſerui faciunt/ira ſucenſus. credibile eſt enim vehementer il-
lum tibi ac ſepe inſidiari. hoc eni ſignificat quod dicit et de-
ſcēſibus q̄plurimis affliget cor tuum. Aut aliter ita intellige:
Conuiciū perſepe cum auditur:animā turbat. Si igitur quiſpi
am in quelibet ſibi cōuiciātem ira ſuccendatur:in multos ca-
dit labiturq; deſcenſus/ a ſublimi ſede rationis detractus in
iracundiae paſſionem/ atq; ita triſti turbulentia īplet cor ſuū.
Cogita autem q̄ et tu frequēter aliis cōuiciatus fueris et im-
precatus: atq; ideo in melius reſipiſceris induere maledicto-
rum omnium & iniuriarum obliuionem. Hec omnia tētaui «
in ſapientia. Dixi ſapiēs efficiar:& ipſa procul elongara eſt a «
me multomagis q̄ erat. et alta profunditas:quis īueniet eam. «
Cum ſpiritualium rerū & ſenſibiliū cognitionē attigiſſet Ec-
cleſiaſtes et ex parte aliqua ſapiētiae magna myſteria proſpe-
xiſſet. contemplatus illius patentiſſimum pelagus q̄ quāto
vlterius quis proceſſerit/ tāto illi maiora ſpacia reliquuntur

in eiuſmodi voces erupit, quod & multo poſt videmus apo-
ſtolo Paulo contigiſſe/ cũ ex admiratione proclamat. O altitu- Apoſtolus
do diuitiarũ ſciẽtiæ & ſapientiæ dei/ q̃ inſcrutabilia ſũt iudi-
„ cia eius/ & iueſtigabiles vie eius. Circuiui ego & cor meum
„ vt cognoſcerem & conſiderarẽ & quererẽ ſapiẽtiam/ & ratio-
„ nem vt cognoſcerem ipietarẽ ſtulti & turbulentiã & errorem:
„ & inuenio amariorem morte ipſam mulierẽ, quę laqueus eſt
„ venatorius: & ſagena cor ipſius. bonũ eſt vinculum ad manꝰ
„ ipſius. Qui eſt in cõſpectu dei: educetur ab ea, qui autẽ pec-
„ cator eſt: cõprehendetur in ipſa. Vir ſapiens cũ ad ĩtelligẽdũ
aliquid vires intendit collecta mẽte omnia in circuitu ratio-
nibus luſtrat/ ſeſe ipſum ſuaſq; facultates ſpeculatur atq; per- Pluſice
pendit. Tum & obiectam rem/ materiãq; intelligendã optime
cõſulit. neq; prauo animi iudicio a veritate aberrat. Neq; itẽ
recta linea fertur ad ſenſibilia proſpectãda. ſed clauſis ſenſuũ
feneſtris ac recedens in ſuę mentis penetralia deambulat in
circuitu, ibi arcano reflexu in ſe rediens intellectus: ſeſe ſpe-
culatur ipſum & quod intelligẽdũ obijcitur. hoc itaq; pacto
colligens meipſum inquit Eccleſiaſtes, quęſiui ſcire quęnam
eſſet mundanarũ rerum ſapientia et eiuſdem ratio. ſiue illam
itelligat rationem/ quę poſitis calculis numeriſq; ſubducitur/
vt in arithmetica fit facultate/ ſiue potius numeros genethli-
acis obſeruationibus ſeruiẽtes/ aut ſimpliciter rationes om-
nes/ quę per numeros colliguntur a ſtudioſis ſecularibus/ gẽ-
tilibuſq; philoſophis. quęſiui ergo ſcire quęnã hęc ſit multo-
rũ ſophiſtarũ ſtulticia & turbatio/ & incoſtans error/ mentiſq;
circũductio: & inueni demũ hãc ipſorũ ſapientiã perſimilem De ſciẽtijs ſeculari-bus.
eſſe adulteræ mulieri. Sicut enĩ illa blãdis ſermonibus ac do-
loſis iuuenes lactat: ita & hęc ſtultos venatur erretitos ſyllo-
giſmorum laqueis & ſagenis. ac ſicut illa molli cõtrectatione parabolice
animam frangit/ fractãq; deuincit: ita hęc mala eadem addu-
cit titillanti orationis concentu. Peccator itaq; ſine vlla con-
trouerſia atq; pręſidio facile in illius captiuitatem protrahi-
tur. pius vero ac fidelis auxilio dei ſuffultus/ ab illius extra-
hitur laqueis. aſſerit autem vel morte peiorẽ eſſe huiuſmodi
ſapientiam/ ſiue potius ſtultitiã dici oporteat, tantoq; noſtrę
animę dãnoſiorem eſſe/ q̃to peius eſt morti animam trade-
re/ quod hęc preſtat ſapiẽtia/ q̃ eandem animã nexu corpo-
„ ris expedire/ quod tẽporariæ mortis eſt munus. Ecce hoc in-
„ ueni dixit Eccleſiaſtes/ ſingillatim inſpexi vt ĩuenirem ratio-
„ nem/ quã querebat & expectabat inuenire anima mea: neq;
„ tamẽ inueni. virũ de mille vnum inueni: et mulierem in his
„ omnibus non inueni. verumtamen hoc inueni: ꝙ fecerit de-
„ us hominem prorſus rectum. ipſi vero ſibi homines qu ſtio-

nes multiplices/ rationeſq; compararit. Totus hic locus ſenſu myſtico ac morali exponẽdus eſt. ita videlicet. Cum inſpicerem (inquit) vniuerſum genus muliebre: nõ ſexu quidẽ corporeo/ ſed eneru: ac effeminato ĩgenio muliebre: in nulla mulierum rationem inueni/ quã querebat anima mea/ fortem ſcilicet virilemq; rationem. huiuſmodi nãq; rationẽ ſapiẽs exigit ac requirit. Neq; vero ſolum hoc michi accidit in ijs qui mollitie eneruati a viris ad fœminas deſciuerũt. ſed (qđ grauius multo eſt) cum ad illos quoq; inſpiciendos me trãſtuliſſem/ qui putabatur mulieres nõ eſſe/ perg̃rarum in his quoq; ĩueni/ q virili ĩgenio ac virtute verus eſſet vir/ dicią; mereretur.

Moraliter. Ex admiratione itaq; cum mecũ tacitus reputare cepiſſe vndenã hęc enormitas orta eſſet: inueni demum q̧ deus omnes homines rectos protulerit carenteſq; prauitate. ipſi vero ſua electione/ in obliquas viuendi rationes cõmigrarint diſſectiq; ſint: vt alius quidẽ libidinibus/ alius auaricie ſeruiat/ alij paſſionibus alijs ſint ſubiecti.

CAP. VIII

Quis talis eſt vt ſapiẽs eſt: et qui cognouit ſolutionem verbi? Sapientia hominis lucet in vultu eius. & potẽtiſſimus faciẽ illi⁹ cõmutabit. Ego os regis obſeruo: & pręcepta iuramẽti dei. Ne feſtines recedere a facie eius: neq; pmaneas in opere malo. quia omne quod voluerit faciet: & ſermo illius poteſtate plen⁹ eſt. nec dicere ei quiſq̃ poteſt: quare ita facis. Qui cuſtodit pręceptum: nõ experietur quicq̃ mali. Tempus & reſponſionẽ cor ſapiẽtis intelligit. Omni negocio tẽpus eſt et oportunitas. Et multa hominis afflictio: quia ignorat pterita/ & futura nullo ſcire poteſt nũcio. Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritũ: nec habet poteſtatem in die mortis. Nec ſinitur quieſcere ingruente bello: neq; ſaluabit ipietas ipſũ. omnia hęc cõſideraui: & dedi cor meũ in cũctis operibus quę fiunt ſub ſole. interdũ dominať homo homini in malum ſuũ. Vidi impios ſepultos: qui etiã cum adhuc viuerent/ in loco ſancto erant/ & laudabãtur in ciui

tate quaſi iuſtorū operum. ſed & hoc vanitas eſt. Et enim quia non profertur cito cōtra malos ſentētia: abſq; timore vllo filij hoīm perpetrant mala. attamē peccatori ex eo q̄ centies facit malū/& per patientiā ſuſtentatur: ego cognoui q̄ erit bonū timētibus deum/ qui verētur faciē eius. non ſit bonū impio: nec prolongentur dies eius. ſed quaſi vmbra trāſeant: qui nō timent faciem domini. Eſt alia vanitas quę fit ſuper terram: ſunt iuſti quibus mala proueniunt quaſi opera egerit īpiorū/ & ſunt īpij qui ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorū facta habeant. ſed & hoc vaniſſimū iudico. Laudaui igit̄ letitiā: q̄ non eſſet homini bonū ſub ſole/niſi q̄ comederet & biberet atq; gauderet/ & hoc ſolū ſecum auferret de labore ſuo omnibus diebus vitæ ſuę quos dedit ei deus ſub ſole. & appoſui cor meum vt ſcirem ſapientiā: & intelligerem diſſenſionem quę verſatur ī terra. eſt homo qui diebus & noctibus ſōnum non capit oculis: & intellexi q̄ omnium operū dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum quę fiunt ſub ſole. & quāto plus laborauerit ad querēdum: tāto minus inueniat. etiā ſi dixerit ſapiens ſe noſſe: nō poterit reperire.

¶COMMENTARIVS OCTAVI CAP.

Quis nouit ſapientes? & quis nouit verbi ſolutionem? ſapientia hominis illuminabit faciem eius: & impudēs/ vultu ſuo punietur. Qui vere ſapiēs ipſe nō fuerit/ neq; diſcretionis donum fuerit dei beneficio cōſequutus. nō facile ſapientem verum diſcernet ab eo qui videatur ſapiens & non ſit. ille autem quem deus diſcretionis dono dignatus ſit: noſcit plane quid inter verum ſapiētem/ exiſtimatumq; interſit. hic etiam poteſt ſoluere queſtiones: ac ſermonum vertices explicare. hic profecto habet animę ſuę faciem luce magna conſpicuam/ iubare ſcilicet diuinæ ſapientiæ illuſtratam. qui vero nequaq̄ ſapiēs fuerit effreno tamē vultu impudentiam pre ſe tulerit/ hoc eſt qui contentioſis ſer-

monibꝰ captiũculiſq; ſophiſticis ſeſe efferat: redargutus im-
pudẽtiæ pœnas dabit/odioq; habebitur. Os regis cuſtodi: & «
de verbo iuramenti dei ne ſtudeas a facie eius ambulare. Bo- «
num quidem cenſetur homini: vt tereno regi ac mortali pa-
reat ſubiectuſq; ſit. bonum vero eidẽ eſt/ ſi os regis omnium
dei ſeruarit & cuſtodierit: ſicut & ſcripturæ nobis cuſtodire
precipiunt. Eſt autem os regis dei cuſtodire: diuina myſteria
ſilẽtio occultare/ neq; īdignis ac prophanis auditoribus ex-
plicare. bonum quoq; eſt homini pręcepta legis (quę ſuo de-
us ore pronunciauit) fideliter obſeruare. bonũ item eſt cauere
ne iurando per deum: ſacroſanctum illius nomẽ temere ac le-
uiter vſurpemus. Neue etiam ſtudeamus extra faciẽ dei am-
bulare/ ſed omnia noſtra opera ſic peragamus: vt deum vere-
amur tanq̃ preſentem iudicem & inſpectorem. Alter quoq;
ita verba hęc punctis diſtingues: videlicet. Et de verbo iu- «
ramẽti dei neq̃ ſtudueris & feſtinaueris. Hoc eſt iuramenta «
ne frequẽter ac temere vſurpato. Sed a facie ipſius ſcilicet iu-
ramenti ãbulato. hoc eſt abſiſte lõgius ac diſcede. neq; õnino
ſuſtine: vt iuramentum in os tuum admittas. Nec cõſiſtas in «
ſermone malo. quia omne quod voluerit faciet. tanq̃ rex po- «
teſtatem habens loquitur. Et quiſnam illi dicet: quid feciſti? «
Simpliciter ac abſolute bonũ eſt nullo mali genere animam
occupare: neq; cõſiſtere in iis/ quę quouiſmodo male loquuti
ſumus aut opinati. quia tamẽ ſubſequẽtia verba de preceptis/
(vt videre mox poteris) mentionẽ faciunt: ita intelliges quę
modo exponenda propoſui videlicet/ cum ille pręceptorũ le-
gem tulerit qui eſt omniũ rex & dominus authoritatem ha-
bẽs/ neq; ꝓpterea liceat cuiq̃ ītercedere ac reluctari: ne quę-
ſo vt peruicax contrariam tu legem pręceptis feras/ rationẽ
curioſius perſcrutãdo/ quare hoc potius q̃ illud ꝓcepit ob-
ſeruãdum. qui enim ſic loquutus fuerit: malignitatis crimi-
ne non carebit. tu vero ſtans in timore ac fide/ cura vt quę
pręcepta tibi ſunt exequaris. Qui cuſtodiet pręceptũ: neſciet «
verbum malũ. & tempus iudicij cognoſcit cor ſapiẽtis/ quo- «
niam omni negocio eſt oportunitas tẽporis & iudiciũ. Qui «
cuſtodierit/ inquit dei pręceptũ: neſciet verbum malũ/ hoc eſt
opus malum nõ faciet. eſt enim duplex cognitio: altera qui-
dem generica in pura mẽtis intelligẽtia & notitia/ altera vero
que in actionem prodit atq; emergit. iuxta quod ſcriptũ eſt.
cognouit Adam Euã vxorem ſuam: non q̄ prius illam neſci-
ret. ſed cum ad illius carnalem copulã acceſſiſſet: tunc illam
dicitur exteriore quadam actionis notitia cognouiſſe. qui er-
go ſecundum hanc agendi cognitionem pręcepta cuſtodit:
ignorat proculdubio malũ/ quia illud nõ operatur. Ceterum

ſecundum priorem ſimplicem ac latentẽ in intellectu cogni-
tionẽ q̃ nouit bonũ nouit protinus & quid ſit malũ. contraq;
bonũ nouit qui nõ ignarus fuerit mali. contrariorũ eni eadẽ
eſt cognitio/ nõ vſu quidẽ/ ſed ſciendi vi ac facultate. inquit
ergo cum ſapiẽs vir omnia ſuo tempore ac diſcrete faciat in
iudicioq; diſponat: nouit affuturum vniuerſalis iudicij tẽpus
in quo deus iudex iuſtas iuſtitias iudicabit vnicuiq; reddẽs
» pro dignitate. Quoniã ſcientia hominis multa eſt ſuper eũ.
» quia non eſt qui futurum cognoſcat. quo enim pacto futurum
» ſit: quis renũciabit ei? Immẽſa cum ſit ipſa ſcientia: premit ho-
minem atq; obruit. Si enim voluerit omnia ſcire: vaſta mole
irruẽs ſuper eum/ angit eius mentem ac ſuffocat. Sunt tamen
quędam neceſſaria ad ſalutẽ/ a quorũ cognitione homo ne-
quaq̃ repellitur: vtputa hoiem eſſe animal rationale mortale
cuius anima ſit immortalis. eſſe bonis maliſq; paratas repẽ-
ſiones. & quę demũ ad eruditionem fidei ſpectant. Pręterea
vero creatum fuiſſe hominẽ ad imaginẽ dei: ſuiq; officij eſſe
puram & ĩmaculatam imaginẽ cõſeruare. q̃ autẽ poſt ipſum
futura ſint/ ſolum ſcire deũ/ & eos dũtaxat quibus idem deus
voluerit nota facere. quia vero Eccleſiaſtes hoc loco vltimi
iudicij potiſſimũ mentionem facit: ita hæc omnia ad intel-
lectum iudicij accõmodabis. Multa eſt ſciẽtia & imenſa: de
rationibus ſermonibuſq; iudicij. neq; eſt qui homini certas
vnq̃ iudicij rationes renũciarit: hoc eſt quo tempore/ aut vbi
locorum iudicium ſit futurum / vel quo pacto deus vniuſcu-
iuſq; vitam moreſq; diſquiret/ aut quomodo qui hora vnde-
cima in vineã venerũt preciũ primi retributionis accipiant/
aut quo dei iudicio ſibi approbantur boni/ quos ipſi fortaſſe
malos eſſe cenſuimus/ contra vero damnabiles deo ſunt: qui
nobis eſſe probi videbantur. Itaq; propter hæc omnia: noli
eſſe ſollicitus ac ſapere plus q̃ oporteat/ ne obſtupeſcas: vt
» ſuperius idem Eccleſiaſtes te monuit. Non eſt homo qui po-
» teſtatem habeat in ſpiritu: vt prohibere ſpiritum penitus poſ-
» ſit. neq; eſt qui poteſtatem habeat in die mortis. Spiritus ſi-
gnificatio late patet. Nam & ipſa anima ſpiritus nuncupa-
tur. ipſe quoq; ventus & aer: quem reſpiramus. & donum
ſancti ſpiritus hac appellatione ſignificatur. Itaq; ſecundum
prędicta omnia ſignificata: nullus ſane eſt/ qui poteſtatem
habeat ſuper ſpiritum/ ſolo deo excepto. Neq; enim animare
corpus/ aut anima caſſum reddere: neq; ventum impellere
vt notum puta vel aquilonem/ neq; infundere Chariſma ſpi-
ritus/ aut reuocare/ neq; item aerem vitare/ temperatũue ef-
» ficere/ alterius eſt cuiuſq̃ q̃ ſolius dei. Non eſt itaq; poteſta-
» tem habens in ſpiritu: vt illum prohibere poſſit. neq; eſt po-

Ex methaphyſicis.

Vt Hieronymus notat ſcientiã hoc luco pro ſollicitudie & afflictione aĩ poſuerunt lxx. interpretes.

teſtatem habens in die mortis. Non eſt emiſſio vel nauigatio «
in die belli. Verba hęc litteraliter intellecta hęc ſonant. bello «
ciuitatem ac prouinciam occupante: non eſt cõmodum neq;
Myſtice tutum claſſes educere ac nauigare ad negocia externa. My-
ſtico autẽ intellectu ſic accipe. Quẽ deus miſerit mori in bel-
lo: non eſt qui extinctum emittat ſeu reuocet in hanc vitam.
Aliter. Q uãdo in iudicio quis inceperit conſcientię ſcelerum
ſuorum bella ſentire: nequaq̃ poterit huiuſmodi preces effũ-
dere/mitte me domine in vitã vt pœnitentiam ſubeã pecca-
torum meorũ: ſed neq; qui in articulo mortis animam agit/
poteſt precari. Da michi queſo domine vt pœnitentię cauſa
modicum quid adhuc viuã. Nullus eſt itaq; poteſtatem hãc «
habẽs in die mortis: neq; impietas ſaluũ faciet ſibi ſubiectũ. «
Cum itaq; non ſit qui in die mortis poteſtatem habeat/ neq;
ſit i die belli tuta nauigatio vel emiſſio impietatem ſũmo ſtu-
dio euitemus. Et omnia vidi ego. Hęc ſe omnia vidiſſe affir-
mat Eccleſiaſtes/& cognouiſſe vt tanq̃ conſcio rerum omniũ
atq; experto/fidem dociles habeamus. Et dedi mentem meã «
in omne opus/ quod factum eſt ſub ſole: vt viderem quęcũq; «
poteñter operatus eſt homo in hominẽ / vt ipſum dãno mo- «
leſtiaq; afficeret. Et tũc vidi impios i ſepulchra inductos: etiã «
de loco ſancto. Attente inquit applicui mentẽ meam/ vt vi-
derẽ opera hominũ/ & q̃multiplici ratione hõ homini dã-
nũ inferat. quia vero perſępe homines ſcandalizãtur/ & ini-
quam rem putant eoſdem eſſe impios / qui & potentes for-
tunatiq; ſint: ideo profũdius inquit/ſuper hac re cõtempla-
tus ſum. Et vidi demũ poſtremam impiorũ ruinam/ cum ſci-
licet nõ tantum corpore/ſed anima moriãtur. Quod enim ait
hoc loco in ſepulchra inductos : in ſupplicia & tormenta in-
telligit. Eis vero qui in ſepulchra hęc inducantur: nichil po-
tentia profuit/ nichil q; habiti olim iuſti ſanctiq; fuerint: ni-
chil q; in templo dei ſacra miniſteria muneraq; obiuerint.
Docet itaq; nos Eccleſiaſtes nequaq̃ ſcandalizari: propterea
q; in hominũ vita enormẽ ſtatuũ diſſidentiam conditionũq;
cernamus. Cum contra potius ſpectare debeamus ad eam/
quæ in futuro ſæculo eſt retributionem. Et proceſſerunt & «
laudati ſunt in ciuitate: q; ita effeciſſent. Qui videbantur in- «
quit eſſe pij ac ſancti/ cum tamen in impietate ſua ambularẽt
atq; procederent : nichilominus laudem ab hominibus re-
tulerunt/ vel ignorantibus illorum impietatem / vel eiſdem
callide adulantibus . Nichil vero illis profuit aut ſimulatę
ſpecies pietatis / aut adulantiũ laus. In vanitatem nãq; abijt
hoc totum negociũ. quandoquidem in ſepulchra miſeri cor-
ruerunt. Q; autem ait . & hoc etiam vanitas. poſſet a ſupe-

rioribus diſtingui ſententijs / & ad inſequentes apte verſus Moraliter.
» trãſmitti. vt ita videlicet legatur. Et hoc etiam vanitas. quia
» enī nõ eſt cõtradictio facietibus malũ cito: propterea imple-
» tũ eſt cor filiorũ hoīm in ipſis vt faciãt malũ. Hoc eſt (inquit)
quod vanitatem auxit & confirmauit: quia non ſunt qui cõ-
tradicant facientibus malum cito / neq; qui eos coarguant.
vt cito hic ad contradicentes referatur / ſignificetq; ſedulo
ac vehementer contradicant / acriq; reprehenſione cõpeſcãt.
vel illud cito ad operantes malum referto. quaſi velociter ac
ſtudioſe peccantes. Inquit ergo quia mali non arguũtur / ſed
potius laudibus & plauſu efferuntur: idcirco impletum eſt &
in malo habitu ſtabilitum cor filiorum hominum / vt ſtudeãt
» operari mala. Appoſite autem dixit filiorum hominum. filij
» enim dei: mala nõ operantur. Qui peccauit: operatus eſt ma
lum ex tunc & a iuuentute ſua. Peccatum dolo ac fraude ma Sua vel ipſorum.
la diaboli iuectum eſt in orbem terrarum. eapropter oratio-
nem dominicam concludimus orantes: ſed libera nos a ma-
lo / hoc eſt a diabolo. Qui ergo peccat: diaboli iuſſũ exequi-
tur & voluntatem. Diabolus autem ex tũc & a iuuentute Allegorice
ſua / hoc eſt ab initio: dux fuit & auctor peccati. Aliter.
Non eſt inquit recens peccatum / ſed peruetuſtum. hinc eſt
ꝙ & Noe dicentem deum audiuit / conſediſſe iam & confir-
matam fuiſſe hominũ mentem: vt ſeduli eſſent in peccatis
ac vehementer operarentur malum. Iuuentutem autem hoc
loco intellige: non quo ad ętatem ſed ſimilitudine quadam
quo ad temerarios mores & ritu iuuenum a rationis ſemita
leuiter aberrantes. quos mores dici poſſunt habere diaboli:
authores peccati / & qui veſtigia illorũ ſectantur ſceleſti pec-
catoreſq; homines. Aliter. Qui habitum peccati iam con-
traxit / & iam propoſuit in mente ſua peccare: ex tunc pecca-
re iam incipit ex quo voluntatis aſſenſum prebuit. Tametſi Moraliter.
deinde multo poſt propoſitum illud in actum producat / aut
etiam non producat quod cogitauit / retardatus fortaſſe nõ
electione immutati conſilij / ſed aliquo intercedente impedi-
mento. Aliter. Qui peccat malumq; operatur / etſi nobis ſo-
lũmodo innoteſcat cum flagitium patrat: tamen apud latens
pręſcientię diuinę iudicium / iãpridem multoq; anteq̃ nobis
» peccator appareret / reus eſſe cognoſcebatur. Et hoc ego no-
» ui ꝙ erit bonum timentibus deum: quomodocunq; timeant
» a facie eius. & bonũ non erit impio: & non prolongabit dies
» in vmbra / qui nõ timeat a facie dei. Poſtq̃ ſatis coarguit va-
nitatē mũdi huius: ſanctũ dñi timorē eccleſiaſticę cõcioni co-
natur inſerere. Cũ enim impij viuãt in cõſpectu dei / caueãtq;
ſibi in oī ſua actiõe & cogitatu / tanq̃ deo iudice cũcta cernē-
te: oīm bonorũ operum & conceptuũ deus illis cauſa exiſtit.

Contra vero: ipſi impio nullum eſt bonũ. quod autẽ ait/ non prolõgabit diem in vmbra: ita intellige. peccator diu nõ erit in vita quoniã videlicet totũ tempus vitę ſuę q̃tũuis lõgum
ſit non reputauit eſſe vmbram/ ſed ſollicito ſtudio ſibi com-
parare ſtuduit quę fluxa & temporaria ſunt/ tanq̃ eſſent per-
petuo duratura. Vel aliter: ita intellige. Q nanq̃ peccator in
pręſenti vita per patientiam dei protegi quodãmodo defen-
diq; videatur potiuſq̃ puniri. paulo tamen poſt/ ęternis ſup-
plicijs tranſmittetur. Eſt van as quę facta eſt ſuper terram. «
ſunt iuſti: quoniam peruenit ad eos tanq̃ opus iniuſtorum. & «
hoc etiam dixi: q̄ eſt vanitas. Nunc Eccleſiaſtes perſonam «
eius inducit: qui e ſcandalo labitur in errorem/ atq; vidi iu-
ſtos in hac vita ab ijs malis correptos/ quę potius impijs de-
bebantur. vt puta ægritudine/ paupertate/ vel alio difficili
caſu adueniente. Contraq; inquit/ vidi quę pijs deberentur:
ad impios peruenisſe, idcirco talis inſipiens tanq̃ cõtemptor
factus diuinę prouidentię. & hoc inquit vanitas eſt. Sapiens
autem vir euentus rerum proſpiciens/ & quę ſingulis pro di-
gnitate retribuãtur: plane nouit atq; intelligit deum nequaq̃
caſu hęc permittere euenire: ſed vt iuſti maiori p̄mio coro-
nentur/ impij vero grauiore pœna torq̃antur. Notãter autẽ:
hic quoq; vanitatẽ ſupra terrã vidiſſe ſe ait. In cœlo ſiquidem
nichil eſt vani. Et laudaui cũ lætitia quod non eſt bonũ ho- «
mini ſub ſole pręterq̃ quod comedat/ & bibat/ & letet̃: & hoc «
ipſum adẽt ſibi in labore ipſius oĩbus diebus vitę ſuę/ quos «
ſibi dedit deus ſub ſole. In q̃bus dedi cor meũ: vt cognoſce- «
rem ſapientiam & viderẽ occupationem/ q̃ facta ẽ ſuper terrã. «
quoniam die ac nocte non eſt qui videat ſomnũ oculis ſuis. «
Si adhuc voluptuariam perſonã loqui exiſtimes: hęc in vo-
luptate ac vſu ſenſibiliũ rerum gaudiũ hominis poſitũ du-
cit/ atq; metit̃. Sin vero quis loquentẽ ſibi proponat audire
Eccleſiaſten ſtatim percipiet/ quis ſit verus cibus ac potus. cũ
fideles chriſtiani iã in preſenti vita arrabonem ſpiritus ac-
cepetimus. Q autem (ait) Dedi cor meum vt cognoſcerem
ſapientiam. Noſter Eccleſiaſtes acutiſſimo ſuę mentis oculo
contẽplatus: intellexit ac vidit nullũ hominũ vacuũ eſſe oc-
cupatione atq; ſollicitudine/ nullumq; demũ eſſe/ qui ſomnũ
hoc eſt quietem videat. Sed ipſorũ alij quidẽ officioſe circa
res diuinas occupati verſantur. Alij vero inutiliter ac rep̄hen
ſione digniſſimi: circa pituras res ſtudẽt. & iuſtus q̃dẽ hoc pa
cto nõ dat ſomũ oculis ſuis/ neq; palpebris ſuis dormitationẽ
ſed vigilat. q̃m ſibi nox p̄ceſſit: dies autẽ appropiquauit. vi-
gilat ergo neq; cadit ĩ caliginẽ ignorãtię/ neq; per diẽ hoc ẽ
tẽpus p̄ſperitatis/ neq; per noctẽ hoc eſt tẽpus tẽtationis. In-

iuſtus autē in ppetua iniquitate inſequentē diei noctem con-
iungēs: dulcem oculis ſomnū non capit. vel aſſidue cogitās
quonāpacto cōſequatur q̄ cōcupiſcit: vel timēs ne amittat q̄
,, poſſidet. Et vidi omnia opera dei/ quoniā non poterit homo
,, inuenire opus quod factū eſt ſub ſole: quantūcūq; laboraue-
,, rit homo vt querat & nō inueniet. & quęcūq; dixerit ſapiēs
,, ſe cognoſcere.nō poterit tamen inuenire. Recondita illa dei
cognitio per quā facta ſūt omnia: ſoli deo eſt nota. Nos autē
mortales quicquid vel ſcribimus vel loquimur/ vel de his re-
bus intelligere nos arbitramur: ex parte cognoſcimus/ par-
ticipatione quadā ſuę gratię illuſtrati. Nullus itaq;/ neq; ſę-
cularis ſciētię neq; diuinę ſapiētię vel mediocriter conſultus/
vel quātū homini licet/ perfecte eruditus poterit omnū rerū
certā habere cognitionē. Neq; enim ſcire poterit ſubſtantias
rerū neq; menſurā coeli/ terrę ac maris: aut quomō hæc ipſa
concreta coaluerint/ quibuſue adminiculis innixa conſiſtāt.
Qui ſi forte quiſq̄ ſapiēs videatur probabiles rationes afferre:
ipſam tamen intimā veritate inuenire prorſus non poterit.

CAP. IX.

OMnia hęc tractaui in corde meo: vt curioſe intelligerē. Sunt iuſti atq; ſapientes/ & opera eorū in manu dei: & tamē neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit/ ſed omnia in futurum ſeruātur incerta/ eo q̄ vniuerſa ęquę eueniāt iuſto & impio/ bono & malo/ mūdo & immundo/ imolanti victimas & ſacrificia contēnenti. ſicut bonus: ſic & peccator. vt periurus: ita qui verum deierat. Hoc eſt peſſimū inter omnia quæ ſub ſole fiunt: quia eadem cunctis eueniūt. Vnde & corda filiorum hominū implentur malicia & contēptu in vita ſua: & poſt hęc ad inferos deducētur. Nemo eſt qui ſemper viuat: & qui huius rei habeat fiduciam. Melior eſt canis viuus: leone mortuo. viuentes enī ſciunt ſe eſſe morituros: mortui vero nichil nouerūt amplius. nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. amor quoq; & odiū & inuidię ſimul perierūt: nec habent

partē in hoc ſeculo/ & in opere quod ſub ſole gerit. Vade ergo & comede in lęticia panem tuū/ & bibe cū gaudio vinū tuū: quia deo placēt opa tua. Omni tēpore ſint veſtimēta tua cādida: & oleū de capite tuo nō deficiat. Perfruere vita cū vxore quā diligis cunctis diebus vitę inſtabilitatis tuę: qui dati ſunt tibi ſub ſole omni tēpore vanitatis tuę. Hęc eſt enī pars in vita & in labore tuo/ quo laboras ſub ſole. quodcūqꝫ facere poteſt manus tua: inſtanter operare. quia nec opus/ nec ratio/ nec ſapiētia/ nec ſciētia erunt apud inferos: quo tu properas. Verti me ad aliud: & vidi ſub ſole/ nec velociū eſſe curſum/ nec fortium bellum/ nec ſapientium panem/ nec doctorum diuitias/ nec artificum gratiam/ ſed tēpus caſumqꝫ in omnibus. Neſcit homo finē ſuū: ſed ſicut piſces capiūtur hamo/ & aues laqueo compręhendūtur/ ſic capiuntur homines in tēpore malo/ cum eis extēplo ſuperuenerit. Hanc quoqꝫ ſub ſole vidi ſapientiā/ & probaui maximā: ciuitas parua & pauci in ea viri. venit contra eā rex magnus & vallauit eam, extruxitqꝫ munitiones per gyrū/ & perfecta eſt obſidio: inuentuſqꝫ eſt in ea vir pauper & ſapiens/ & liberauit vrbē per ſapiētiā ſuam/ & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. & dicebam ego/ meliorem eſſe ſapientiam fortitudine: quomodo ergo ſapientia pauperis contempta eſt/ & verba eius nō ſunt audita? verba ſapientium audiuntur in ſilentio: plusq̄ clamor principis inter ſtultos. Melior eſt ſapientia q̄ arma bellica: & qui in vno peccauerit multa bona perdet.

¶COMMENTARIVS NONI CAPITIS.

» Mnia hęc tranſmiſi in cor meũ/ & cor meũ
» omnia hęc vidit: ꝙ videlicet ſit iuſti atq; i-
» iuſti & opera ipſorũ in manu dei. Dixit ſu-
perius quarũ rerũ cognitio ſit abſtruſa: vt
nos auerteret ab ſutili ac vana perquirẽdi
ſolicitudine. Nunc autẽ proponit, quia in re
ſatiſfacere ſibi poſſit ſapiẽtis iruitus & co-
gnitio, ꝙ videlicet iuſti ſapiẽteſq; hoĩes:
vna cũ opibus ſuis ſub vmbra dei & protectione ſuę dextrę
conquieſcãt. Neq; enim permittit deus illos impetentiũ vi-
ribus deuaſtari. Probi nãq; hoĩes & officioſa opa protegũt
a deo, at vero de impiis ſcriptũ ẽ & ipſi de manu tua repulſi
» ſunt. Dilectionẽ & odiũ nõ eſt homo qui ſciat, õnia ante faciẽ
» eius: vanitas in omnibus. Symmachus pro eo qđ nos at-
tulimus vanitas in oĩbus ita expoſuit/ omnia incerta ſunt in
cõſpectu ipſorũ/ hoc eſt neſcit homo ſi quẽ nũc maxime odit/
mutatis vicibus amicũ & beneficũ ſit experturus. Cõtraq; ai
timendũ ſibi quãdoq; ſit ab eo/ quẽ nũc amore proſequitur.
Altiori autẽ intellectu. Qui adhuc ſapit q̃ hominis ſunt/ neq; **Moraliter.**
plane deo ſe tradidit: neſcit diſcreto iudicio/ q̃ dilectione ſũt
digna/ quę odio, ardua enĩ virtus atq; difficilis/ amore eſt di-
gna: odio autẽ proſequenda voluptas/ q̃ de ſenſibilibus pro-
uenit. Homo autẽ qui peruerſe aberrat in intellectu rerũ: fa-
cile ſibi omnia q̃ vana ſunt/ ante oculos vt bona proponit.
Deq; iis iudicat nõ vt veritas habet/ ſed vt voluptas ſubdola
» ſubminiſtrat. Euẽtus vnus iuſto & ĩpio/ bono & malo/ mũdo
» & imũdo ſacrificãti & nõ ſacrificãti, ſicut bonus ſic & pecca-
» tor, ſicut iurãs & q iuſiurãdũ timet. hoc malũ ẽ inter oĩa quę
» ſũt ſub ſole ꝙ videlicet idẽ cũctis ſit euẽtus. Sepe ſupi⁹ oſtẽſũ
eſt, ꝙ q̃ media ſũt ſuſq; deq; habẽda/ ꝓ ſe nec bona nec mala **Suſq; deq;**
vt egritudo/ vt ſanitas/ vt diuitię vt paupras/ & q̃ generis ſũt **id eſt idif-**
eiuſdẽ iuſtis ac peccatoribus cõmunia ſũt atq; ęq; cõtingunt. **ferenter.**
Quatenus ſcilicet hi quoq; aĩalia ſũt morti ſubiecta, quate-
nus eni rõnales ſunt plurimũ ſane ĩter ſeſe differũt. Qñquidẽ
libera electiõe cõſilij alteri qdẽ qđ piũ faſq; ẽ opãt, alii vero
ad ĩpietatẽ ferũt. Aduerte autẽ ꝙ iurantẽ poſuerit ĩter pecca-
tores. Qđ autẽ malũ vocarit coĩonẽ illã equalitatẽq; euẽtuũ:
ita intelligẽdũ ẽ/ vt hęc verba ꝓferãtur e ꝑſona praue de re-
b⁹ ipſis iudicãte, cũ ꝓpter ęq̃les cõeſq; caſus: nihil opinet ab
ĩpio iuſtũ differre. Pariter enĩ vterq; labores ꝑpetit donec ẽ
ſub ſole. Cęterũ poſt huius vitę curriculũ vnicuiq; reddit pro
» dignitate. Ipſũ quoq; cor filiorũ hoĩs ĩpletũ ẽ malicia & cir-
» cuitus ĩ corde ipſorũ, & poſteriora ipſi⁹ ad mortuos. Quoniã
» qs cõicat ad oẽs viuẽtes? Cor filiorũ hoĩs ĩpletũ eſt malicia,
huc & illuc ĩ circuitu ãbulãt: neq; deſiſtũt vnq̃ hoĩes fatigari/

donec ipſi quoq; ad mortuos deuenianť. nullus eſt enim qui
perpetuã & indeciduã habere poſſit cũ viuẽtibus ſocietatem.
Sed & ipſum quicunq; is demum ſit omnibus finis: excipiet.
Moraliter. Aliter. Filij hominis/ hoc eſt gregarij ac vulgares / videntes
cõmuni quadã ſorte iuſtos iniuſtoſq; vexari/ implẽtur iniqui-
tate atq; malicia: & ipſorũ mens in flagitioſis laboribus cir-
cũfertur: donec prauis operibus mortui mereantur inter vita
iam functos adnumerari. cũ nullã habeant ſocietatem cũ iis
qui vixerũt ſecundũ virtutẽ: qui nunc proprie ac vere/ viuere
dicẽdi ſunt propterea q; ad repoſitã ſibi ęternã vitam perue-
nerũt. Et ſpes: quoniã melior eſt canis viuẽs leone mortuo. «
Mẽdicus qui viuit ſecũdũ deũ meliorẽ habet ſpem: q̃ proter-
Allegorice uus & arrogãs/ qui ĩ peccato ſuo mortuus ẽ. Aliter. Populus
gentilis veluti canis imũdus cũ per fidẽ in eccleſiã venerit :
iam regeneratus in domino/ meliorẽ ſpem habet q̃ regius ille
populus iudeorũ. Viui norũt ſe morituros eẽ/ mortui vero pe- «
nitus nihil cognoſcũt. Illi quorũ itellectus hũore viuido irri- «
gatur: cũ ſecũ repotãt tẽporariũ vitę huius curriculũ/ officioſe
viuũt/ cõfirmati ſpe vitę ęternę. Qui vero in peccato mortui
ſunt: ignorãtię nebula occupati/ viuũt ſine ratione pecorum
more. Neq; eſt ãplius illis preciũ: quoniã deſijt memoria ip- «
ſorũ. Quid enim p̃cij ſit peccatoribus: quorum ne meminiſſe «
quidẽ dicitur deus: nouit enĩ dominus eos ſolos qui ſui ſunt.
Hoc vero ad iudaicũ populũ referẽdũ eſt. Amor quoq; ipſo- «
rũ & odiũ & Zelus iam perierũt. Qui in peccatis mortui ſũt/ »
quorũ eſt populus iudeorũ: neq; charitatẽ erga deũ habent/
neq; odiũ erga iniquitatem. Neq; poſſunt dicere iuxta illud
Phinees: zelans zelaui ſuper dominũ. Neq; habẽt partes in «
ſęculũ/ in omni opere qd ſub ſole eſt. Iudeorũ populus terram «
promiſſionis/ quæ ſibi ſorte obtigit amiſerũt. Ciuitatẽ quoq;
Hieruſalẽ ac ſacerdotij dignitatem: ita vt neq; in p̃ſenti vita
partem ſuã habeant ſuper terrã. Vade ergo & comede in læ- «
ticia panem tuũ: & bibe in corde bono vinũ tuũ. quoniã ap- «
probauit deus opera tua. Litterali ſenſu. In lęticia & corde «
bono vti quis dicitur bonis ſibi a deo cõceſſis : cum modeſte
vtitur & ad naturę neceſſitates. hic eſt enim proprius vſus ra-
tionalis creaturę. eapropter (inquit) panem tuum. Nam qui
inexhauſta cupidinę gulæ ventriq; deſeruiunt: pecorum vi-
Myſtice. tam potius conſectantur. Myſtico autem ſenſu. Panis & vinũ
rationalis creaturę ſunt ipſę virtutes : ex quibus animæ nu-
triuntur. Aliter. Verbum caro factum homines cohortatur:
ad myſticã ſui corporis p̃ticipationẽ. Cũ propter noſtrã ſalutẽ
carnẽ aſſũpſerit: approbat ergo hoc fieri/ cõgaudet myſterijs
ritibuſq; eccleſię. In õni tp̃e cãdida ſint veſtimẽta tua. Hoc ẽ «

actiões & opera q̃ virtutis normã ſequũt/ necnõ tradita nobis
indumẽta per lauachri regenerationẽ: quę proculdubio cã-
dida aſſeruantur per omne tẽpus quo a peccatorum ſordibus
abſtinemus. Candida quoq; habere dicitur veſtimẽta: qui la-
uat per ſingulas noctes lectum ſuũ/ & lachrimis ſuis ſtratum
ſuum rigat/ ita ſordes peccatorũ per pœnitentiam tergens. Et
oleũ tuo in capite nõ deficiat. Litterali ſenſu, Mites ac per-
humanos vult eſſe eos qui virtutes exercent: ne ſcilicet exte-
nuẽt ac decolorẽt facies ſuas ficta hypocriſis auſteritate. My- Myſtice
ſtico autem intellectu. Oleũ duo hęc pręſtat: vt lumen ſcilicet
tueatur/ & defeſſa mẽbra cõfirmet. vtraq; vero hęc affert vn-
ctio ſancti ſpiritus. mentem nãq; fidelium illuminat/ & in ſo- CHRI-
lida tranquillitate cõſtituit. hanc vero vnctionẽ proculdubio STVS ca-
habebimus: niſi ipſi ſancto ſpiritui moleſti/ ingratiq; reſiſta- put
mus. Aliter. Noſtrum caput chriſtus nuncupatur in ſcriptu-
ris ſanctis: q ſibi ipſi collatas accepturus eſt quaſcunq; pau-
pibus elemoſynas cõferemus. Ne itaq; deſiſtamus caput hoc
noſtrũ perũgere oleo miſericordię: hoc eſt CHRISTI paupe-
,, res & egenos miſericordi affectu ꝓtegere. Vitã cognoſce cũ Allegorice
,, vxore quã dilexiſti. verba hęc ſi abſolute accipias: ita Myſtice
telligẽ. Cũ vxore dilecta hoc eſt Eccleſia/ quę ſpõſa eſt CHRI
STI: in hac ſiquidẽ inuenit vita ęterna. Q; ſi ad vxorẽ mariti
cuiuſq; referas. tũc litterali ſenſu nos admonebit/ vt iuxta mo
nogamię legem vxore vna cõtenti ſimus. Coniugalis nãq;
caſtitas & obſerũatia: ipſa quoq; nobis eſt ęternę vitę co-
ciliatrix. vitam igitur cognoſce: vel vide cũ vxore quã dilexi-
ſti. quaſi dicat caue ne ab vxore tua decipiaris: ſicut eſt Adã
deceptus ab Eua vxore. Tu vero cõtra ſtude/ vt mutuę ſocie-
tatis debiliorem partẽ hoc eſt mulierem ĩ melius ipſe cõuer-
tas ad ęternę vitę cognitionẽ. Myſtico autem ſenſu. Sapiẽ- Myſtice
tia vxor noſtra dicitur: cui ſi cõiuuamus/ ęterna proculdubio
,, vita perfruimur. Quęcunq; inuenerit manus tua/ vt faci-
,, at quantum patitur facultas ſua operare. quoniam neq;
,, opus/ neq; ratio/ neq; cognitio/ neq; ſapientia eſt in inferno/
,, quo tu perrecturus es. Hortatur nos vt omni contentione ac
ſtudio practicas aggrediamur virtutes: non tamen ſupra fa-
cultatem elaborantes. Qui enĩ quod poteſt in his exercet/ ſe-
cundum congruã cognitionem viuit. & dignus inuenitur ſci-
entię dono ac ſapientię: quantũ permittat deus atq; ad illius
vtilitatem impartiatur. In inferno autẽ cum practice opera-
tiones eſſe non poſſint/ quas medijs ſenſibus exercemus: qui
ibi propter patrata flagitia ſunt ſepulti/ nõ valentes amplius
practicas obire virtutes/ neq; ſapiẽtes effici poſſunt/ neq; al-
ter officioſi ac probi. ad id enĩ tãtũmodo delati ſunt in ĩfernũ

» & verba eius non ſunt audita. Locus hic ſcandalū patientis ad perſonam pertinet: qui tanq̄ ſecum loquēs/ vidiſſe ſe dicit magnā ſapientiam ſub ſole/ ciuitatē quāpiam exiguam paucis inhabitatā hominibus. Quam cū obſideret rex magnus: ſeruauit quidam ciuis pauper quidem/ verūtamen ſapiēs. cuius ſolerti cōſilio victa fuerint arma obſidentis: ingratos vero fuiſſe ciues in pauperem illum. Solent eni pleruq; homines beneficiorum eſſe immemores conſiliaq; puſillorum hominum/q̄q̄ ſint perutilia paruifacere/ cū tamē opulētis ac potentibus adulētur/ eorumq; ſermones laudibus in cœlū ferant. Sed ego inquit ſapiens lōge a vulgari opinione abhorrens. aliter dicam/ ſapientiam ſcilicet longe meliorem eſſe potētia. atq; hęc quidem ad litteralem pertinent intellectum.

Marg.: Cīa eſt aliter cōtempta eſt. — Aliter quā a rege magno obſeſſa eſt.

Altiore autē Myſtico ſenſū ita itelliges. Parua ciuitas: eſt militās deo ī terra Eccleſia, parua inq̄ cōparatione eius. quę triumphat in cœlis. Pauci in hac ciuitate ſunt viri/ ſācti ſcilicet & electi dei. Magn9 autē rex: iniquitatis caput eſt diabolus. Hic aſſidue hāc circuit ciuitatē vt illius ciues redigat in ſeruitutem. Pauper autem ſapiens in hac ciuitate/ cuius conſilio ipſa ſeruat. ipſe eſt CHRISTVS dominus deus noſter. Dicit enim ciuibus ſuis ſanctis. Confidite ergo: vici mundum. ac huius quidē pauperis verba a ſtultis gētilibus & perfidis hebreis non audiūtur. Sapiens vero Eccleſiaſtes intelligens in ſpiritu q̄ deus non per ſolam diuinitatis ſuę potētiam & virtutem/ ſed ſapientiæ ſocietate vtens/ verbūq; caro factum tyrānū diabolum deiecturus eſſet nullam ſibi perfugij excuſationem relinquens vt ſicut olim ipſe antiquū vicerat hominem Adam ita demum ſub homine fractus corrueret nouo Adam. Propterea nūc afflatus ſpiritu multo ante hoc myſterium patefecit in hęc verba prorūpens. » Sapientia melior » eſt q̄ potentia. verba ſapientium audiūtur in quiete: pluſq̄ » clamor potentium in ſtulticia. » locus hic non eſt accipiendus quaſi per comparationē dicatur. neq; enim eſt cōparare ſapientiam cum ſtolticia. Fit enim comparatio inter ſimilia: non inter contraria. Inquit ergo. Verba ſapiētum audiūtur in quiete: hoc eſt cum auditores iocūde accipiunt quę dicuntur/ fit requies quidem in mēte ipſorum. Clamor vero ſtultorum dignus eſt qui damnetur: licet illi potentia magna polleant. anima enim quę ſtulticia replera eſt/ cū clamore & turbulentia ſermones profert ſine quiete/ ordine ac cōſtantia. Aliter. Apoſtoli ſapientiæ miniſtri/ auditorum mētes quietas ab omnium paſſione ſedataſq; reddebant: inſipientium vero clamor Iudęorum/ cum iniuſte clamarent/ Tolle tolle crucifige

Marg.: Myſtice Allegorice — Allegorice

eum/ & illos perdidit & ōnes qui huiuſmodi acclamationibus aſſenſus faciles prębuerunt. Melior eſt ſapientia: q̄ bellica inſtrumenta. Melius eſt conſilium cuiuſcūq; prudentis: q̄ omne auxiliū quod ab armis expectari poſſit. Myſtice autem oſtēdit potentiam ſaluatoris noſtri IESV CHRISTI/ qui vtraq; eſt ſapientia. huius enim virtus: arma belli/ hoc eſt diabolū tartareaſq; phalanges euertit omneſq; ſpecies ſuę iniquitatis ad

Allegorice debilitatē redegit. Et peccator vnus multa bona perdet. Adā peccauit: & in omnē generis humani poſteritatē/ peccati labē mortemq; tranſmiſit. ipſeq; imaginē dei/ ad quā factus fuerat/ violauit: & violatores ſibi ſimiles q̄plurimos ꝓpagauit. vnus quicunq; is demū ſit: dū ſeſe peccati ſoide cōmaculat: & bona corrūpit/ quę ſibi ex acquiſitis virtutibus īſidebāt/ & multos etiam malo exemplo ad imitationem inducit.

CAP. X

MVſce morientes: perdunt ſuauitatem vnguenti. Pręcioſior eſt ſapiētia paruaq;: gloria ad tempus ſtultitiæ. Cor ſapientis in dextera eius: & cor ſtulti ī ſiniſtra illius ſedet. In via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit: omnes ſtultos eſtimat. Si ſpiritus poteſtatē habentis aſcēderit ſuper te: locū tuū ne dimiſeris. quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. Eſt malum quod vidi ſub ſole quaſi per errorem egrediēs a facie pricipis: poſitum ſtultū in dignitate ſublimi/ & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis: et pricipes ambulātes ſuper terram quaſi ſeruos. Qui foderit foueā incidet ī eam. & qui diſſipat ſepem: mordebit eū coluber. Qui trāſfert lapides: affligeť/ in ꝯis. & qui ſcindit ligna: vulnerabitur ab eis. Si retuſum fuerit ferrum/ & hoc non vt prius ſed hebetatum fuerit: multo labore exacuetur/ & poſt īduſtriam ſequetur ſapientia. Si mordeat ſerpens in ſilētio: nichil eo minus habet/ qui occulte detrahit. Verba oris ſapiētis gratia: & labia inſipientis p̄cipitabūt eū. Initiū verborū eius ſtulticia: & nouiſſimū oris illius error

peſſimus. Stult⁹ :verba multiplicat. ignorat homo quid ante ſe fuerit: & quid poſt ſe futurum ſit/ quis ei poterit iudicare? Labor ſtultorũ affliget eos:q neſciunt in vrbem pergere. Ve tibi terra cuius rex eſt puer:& cuius principes mane comedũt. Beata terra cuius rex nobilis eſt: & cuius principes veſcũtur in tempore ſuo ad reficiendũ/& non ad luxuriam. In pigricijs humiliabitur cõtignatio: & in infirmitate manuũ perſtillabit domus. In riſu faciũt panẽ & vinũ vt epulentur bibentes. Et pecunniæ obediũt omnia. In çogitatione tua regi non detrahas: et in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti. quia & aues çęli portabunt vocem tuam:& qui habent pẽnas annunciabunt ſententiam.

COMMENTARIVS DECIMI CAP.

» MVſcæ mortificãtes putrefaciunt apparatum θαρατουσαι
» olei ſuauitatem. Apparatũ oleũ eſt vnguẽtum:ſicut & Aquila interpretatus eſt. Muſca vero impurũ animal/ quod putredines & viſcera inſidendo exugit: appetitq; laceræ cutis ſciſſuras. mortificat autẽ & corrũpit oleũ vnguentariũ muſca.cũ in illud ſeſe temere proijcit. nam & ipſa imoritur. & olei vim extinguit. iudęi ergo propriã vitam contemnẽtes animęq; ſalutem vere ſunt muſcę mortificantes: cum ſuaue redolens verbum Hęc nõ ſũt
ſaluatoris IHESV CHRISTI ſemper viciare ac fœdare ſtu- in latinis
duerint/ſemperq; affectarĩt anſas calũniarũ arripere/ quibus libris.
illum vrgere poſſent. Parum ſapiẽtiæ precioſius eſt q̃ gloria magnę ſtulticię. Multi e ſua ſtulticia gloriam & laudem retulerunt: vt puta qui dicendi facultate pollentes/ iniuſtũ clientibus patrocinium preſtant. qui ex opulẽtia clari ampliq; habentur. vel qui ſeculari ſapientia prediti: circa inutiles queſtiones vitam cõſumunt. ſed longo ĩteruallo precioſior eſt habendus. qui ianuas & initiũ ſapientiæ quę eſt ſecundum deũ ingreditur/& in ea eruditur/ĩcipitq; eam libare/omnem ſtul- Aliter gu-
» ſtorum gloriã paruipendens. Cor ſapiẽtis in dextrũ ipſius.& ſtare
» cor ſtulti in ſiniſtrũ ipſius. Cor hoc loco pro ĩtellectu ac mẽte accipi decet. Materiale eni cor et carneũ oĩbus in ea parte Allegorice
corporis ſitũ eſt quã thoracis cratẽ appellãt. Sapiẽtis itaq; i-

Moraliter

tellectus ſemper in dextras vergit partes virtutis ac laudabiles: ſtulti autem mens in ſiniſtra fertur/ & ī ea quę facile culpari poſſint. Sed & cū ſtultus in via ambulauerit/ cūq; cor ipſius retardeť ac deſipiat: oia ſūt ſtulticia. In hac vita quā vere

Lr̄a greca alter deficiat.

viam dixeris/ ſtultus perābulans: cū ad ſiniſtra cor habeat: ſeper ceſſat ac poſterior īuenitur. in vacuū eni pgit/ neq; ſibi propoſito ſupnæ vocationis brauio. in anteriora itaq; ſeſe nō extendit/ nec pperat ad finē. Sed quāuis ad hec ipſa pergere videatur. medio in curſu deficiet/ oia imperfecte ac ſine ratione cogitans & aggrediens. Q: ſi ipſam adeat viam iuſtificationum/ vel (vt verius dicam) adire ſe ſimulet/ hoc eſt diuinorum obſeruantiam mandatorū: quia tamē illius mens flectitur ad ſiniſtra/ ceſſabit prorſus atq; deficiet vt neq; quid pceptum ſit intelligat/ neq; operetur iuxta legiſlatoris volūtatem.

Aliter irruerit. Aliter cōprimet.

Si ſpiritus poteſtatē habentis aſcenderit ſuper te: locum tuum ne dimiſeris. quia curatio ceſſare faciet peccata magna. Spiritus poteſtatē habentis: eſt diabolus princeps mūdi huius & dominus filiorū inobedientiæ. q nulla coacti neceſſitate ſed electione liberæ volūtatis ſeſe vltro ſubiecerūt illius dominationi atq; tyrānidi. Inquit ergo/ ſi te ad ſupnæ patrię beatitudinē cogitatione ac ſtudijs erectū irruēs ex aduerſo ſpūs poteſtatē habētis deturbare conet ad inferiores ſenutas mūdi huius: oēs illi aditus pclude/ oēs obſtrue ſenſuū opatiōes/ vt neq; p oculos/ neq; p aures/ neq; per linguam/ neq; aliūde admittať. Primis nāq; affectionū ſublatis pricipijs atq; cauſis: nulli prorſus orietur effectus. q ſi quid ad ipſa mentis penetralia callidus hoſtis veneni tranſfuderit: tu tamen in veſtigio tuo cōſiſtens locū ſtationēq; ne deſeras. ita vt tēperantia munitus: pcul libidines/ ſtupraq; repellas/ odiūq; coerceas charitate/ ſtationeſq; ſingulas virtutū ſtrennue tuearis. Si eni cadat vt negligētius reſiſtens permittas iſidere tibi ac requieſcere ſuper te ſpiritū poteſtatē habentis: multa & magna peccata ſup aīam tuā facile aggregabis. Aliter. Si animā tuam curaueris adhibita virtutū diligētia: plurima ſedabis. Talis eſt eni virtutū curatio vt cohibere poſſit ſpiritum habētis poteſtatē ne te ſupueniat & cōculcet.

Aliter euectus eſt

Eſt malū quod vidi ſub ſole/ quaſi non ſpōtaneū egreſſum ſit a facie potentis. ſtultus traditus eſt ſublimitatibus magnis: et diuites in humilitate collocabūť. Litterali ſenſu aliā ſe vidiſſe (ait) iniquitatē ī humanis rebus/ principes ſcilicet viros ac magiſtratus/ inuitos quidē quaſi ineni coactos maioris alicuius poteſtatis: eos qui ſtulti ſunt gloria honeſtare. fortunas vero locupletū ciuium populari ſectioni addicere iuxta pſcriptione. ſępe eni principes ciuitatis ac magiſtratus: regijs edictis contra volūtatem

ſuam obedire cogunť. Myſtico autē intellectu. Sponte ſua ho-
mines atq; electione ſemel voluptatis viā ingreſſi: inuiti mox Myſtice
facere plurima cōpelluntur/ vrgente eos diabolo/ qui poteſtatē
habet ſup filios inobedientiæ/ vt tanq̄ iniquam deteſtētur ac
accuſent iuſtiſſimā dei prouidentiā/ ita ſtulte interrogātes. vt
quid inſipientes in ſublimes dignitatū gradus conſpicui ef-
feruntur? Contra vero qui honeſto loco nati gentilicijs polle-
ant opibus: in paupertatē deiciūtur. Cū itaq; ce ci mortales
ſpōte primū noſtra volētes/ hauſto voluptatis poculo ebrieta
tē contraxerimus: tū ſurrepit ille callidus poteſtatem habēs/
ſubiicitq; nobis q̄ inuiti faciamus ebrietatis nebula occupa-
ti/ cuius generis ſūt libidinibus pollui/ rixari/ percutere. neq;
enim qui ebrij ſiūt talia ſe facturos cogitāt. ſed ebrij iam effe-
cti vel inuiti cōpelluntur ad huiuſmodi flagitia perpetranda.
ita & voluptati ſtudio traditi ſcandalizamur ſępe de īaceſſis
dei iudicijs: ac contra diuinā ſapientiā linguam temere exer-
,, cuimus. Vidi ſeruos i equis & principes quaſi ſeruos ambula-
,, re ſuper terram. Vite mutabilitatē & cōuerſionem nobis con-
templandā proponit: vt a mūdanis rebus incertis/ ad ſtabi-
,, lē illam cœleſtē beatitudinem nos conuertat. Qui fodit foueā: Myſtice
,, īcidet in eam. Locus hic totus ſoli vacat Myſtico intellectui.
Aliter enim ſemper hoc non contingit/ vt qui foueam fodit in
eam cadat. inquit ergo peccator ſuam animā prius excruciat.
qui enim diligit iniquitatem: odit animā ſuam. et vnuſquiſq;
ob ea quę peccauerit: punietur. ipſe etiā Moyſes legiſlator ita
faciundum ſanxit in homicidam: videlicet/ facite illi copacto
quo is cōtra proximū ſuum malignatus eſt. et qui diſſipat ſe-
pē: mordebit eū coluber. Sepes animę: lex eſt diuina & me-
tus/ veraq; legalium ſenſuū cognitio. qui ergo legem dei cō-
temnit et diuina pręuaricatur mandata/ qui falſa cognitione Myſtice
decidit in peccatū cuius opifex eſt ipſe callidus ſerpes. iſte in-
cautus ac diuina caſſus gratia/ morſus ſerpentis perpetietur. Hierony-
Qui extrahit lapides dolebit: & affligetur in eis. Qui ſibi do- mꝰ ī leuiti-
mum virtutibus extruit: lapides congregat ac bene edificat. co eſt lex
qui vero vel ſecordia vel vana elatione demolitur ac ſoluit q̄ ſi ſacerdos
prius erant extructa. lapides affert anguitq; miſer/ doler ac eduxerit la
pcliitať. Aliter. Lapides ſācti apud ꝓphetam Zachariam: ſā- pidē de do
cti homines ſunt. qui ergo huiuſmodi lapides eximit hoc eſt mo leproſi
perſequitur ſanctos atq; interficit: labore affligitur/ hoc eſt p- ī cinerē cō-
niciē ſibi attrahit/ ſicut herodes fecit qui Iohānem Baptiſtam terēdū eſſe
,, gladio percuſſit. Ligna ſcidēs pclitabit in eis: ſi exciderit fer- Myſtice
,, rū. et ipſe faciē cōturbatꝰ eſt & fortitudines corroborabit. & ſu-
,, pflua robuſti ſapiētia. Per ſymbola & ſeſibilia ad ſpūalia nos Superflua
pducit. Inquit ergo q ſua tretus doctrina/ veluti ferro quodā maior.

vtens ſcindere ac cõminuere aggreditur diuinas ſcripturas quaſi ligna quędã bene olentia:ſi forte decidat & aberret ab intentione ſpiritus ſancti/neq; ſecundũ legiſlatoris mentem recte ac fideliter eas interpretetur/ſed a ratione procul exorbitet in magno eſt periculo/ ne in pernicioſas hæreſes impingat/faciẽq; doctrinæ ſuę confundit/& animas auditorũ. quod autẽ ait/& fortitudines corroborabit:ita intellige.hoc eſt aduerſantes validiores efficiet.ex ijs enim erroribus quos ĩterpres aliquis ac magiſter ĩ doctrina verbi admiſerit:validiores aſſumunt vires/qui ex aduerſo loco ſecũ diſputantes contendunt. Qui vero fortis extiterit ĩ opere & ſermone ita vt cum ſapiẽtia eloquatur.habet omnino multum atq; adeo aliquid amplius q̃ cęteri/vt ſcilicet in ſcindẽdis lignis nequaq̃ periclitetur.nam qui tantũmodo potens fuerit in ſermone ac volubili prędıtus lingua/ſophiſticis autem captiunculis habũdet:vacuus diuina ſapientia excidente ferro periclitabitur/ in cedendis quę ſuperius diximus lignis.Si mordeat ſerpens

Myſtice in ſilentio: nichil eſt amplius excantanti. Qui clam peccat/ nec emiſſa voce palam ſuo de peccato gloriatur: ſiue is agẽdo perpetam delinquat/ſiue in corde ſuo impium dogma hæreticumq; cõcipiat poterit tamen in melius emendari/cũ nõdum ad effrenã peruenerit ĩpudẽtiam. Neq; ſane nimium laborabit in eo reuocando:qui cũq; ſalutari doctrina excanta-

Nota de cõfeſſione re aggrediatur virus inferni ſerpẽtis. Aut ita intellige.Si peccati ſerpẽs mordeat in ſilentio:hoc eſt ita vt peccator admiſſum ſcelus cõfiteri nolit: nullam poterit ſalutem pręſtare qui ſancta excantatione curandũ ſuſcipiat ſua peccata nõ confitentẽ. Verba oris ſapientis:gratia.& labia ſtulti demergẽt ip-

Alitet in charitate ſũ.initium verborum oris ſui ſtulticia: et vltimus error eius malus. et ſtultus multiplicabit verba. Paulus apoſtolus cupiens eos quos ĩ fide erudiebat ſapientes eſſe:ita ad eos ſcribit. Sermo veſter penitus ſit in gratia/ſale conditus.ſermo enim ſapiẽtis:neq; auſterus eſt inhumanuſue/ neq; mollis & diſſolutus/ ſed gratia multa cõditus.ita vt pariter cohibeat:neq; ſinat auditores diffluere.labia vero ſtulti/ hoc ẽ verba: mortẽ illi perniciẽq; cõſiliãt. nã & ſuę ipſius aĩę noxius eſt ſtultus:& animas quoq; auditorum corrũpit. demerſio enim de qua hic loquitur Eccleſiaſtes. ad æterna referenda eſt ſupplicia:iuxta illud.pręcipita dñe et diuide linguas eorũ.ſtultus vero cum inſipiẽter loqui incipiat. circũfertur & errat in ſtulticia cordis ſui/ finẽq; ſortitur malum.Sed & verba inquit ſtultus multiplicat:hoc eſt ĩ caſſum blacterat et nugatur/ ſiue multa loquatur/ſiue pauca. Multitudo enim hoc loco.pro nugacitate ponit̃. Nam qui nil boni loquitur/ nichil vtile: etiã

in paucis verbis nugatur. qđ ſi qd tamē interdū videatur bo‑
ni loquutus/cū deinde mores orationi nō conſonent: & hic
quoq; nugatur/cū plane ignoret quid loquatur quidue bene
agēdo cōprober & cōfirmet. oportet enim eū qui bene dicat:
prius facere/ac deinde alios edocere. multiplicat ergo verba:
hoc eſt ſiue multa ſiue pauca loquatur/ ſuo illo ſermone im‑
» portunus ē ac moleſtus. Neſcit homo quid factū fuerit. & qd
» futurū ſit poſt ipſū/ quis renūciabit ei/ labor ſtultorū affliget
» eos. neſcit pergere in ciuitatē. Et ſi multa iā nouerimus quæ
facta ſunt ante nos/tradita nobis a ſanctis patribus perlegē‑
tes/ qualia ſunt/ in principio creauit deus cęlū & terrā/ & per‑
multa alia / licet etiā per fidē ſciamus quæ ſunt futura/ vt de
iuſtis puta atq; iniuſtis φ reſurgēt/ hi quidē i vitā hi vero in
mortē pœnāq; ęternā/ tamē ōnia nequaq; ſcimus/ ſed quædā.
ex parte eni cognoſcimus (inquit Paulus) & ex parte ꝓphe‑
tamus. Quis autē nobis ea quę poſt ſūt: renūciabit: Hoc ē fu‑
tura vt puta num filios genituri ſimus/ an genitos iam libe‑
ros amiſſuri/ nobiſne ī patria an apud exteros moriendū ſit/
ex guo ne ſpacio an contra longinquo futuri ſimus in vita.
idcirco qui ſolliciti ſunt hæc reſcire/ vel per auguria/ vel per
natalis obſeruationē diei / vel per mēdaces alias huiuſmodi
diuinationes/ & qui cętera demū ſcire affectāt quorū habere
certā cognitionē nō poſſumus/ in vanū laborant inutileq; ſibi
» deſumūt operā. hęc autē ferme cūcta ſtultis cōtigūt. Propte‑
» rea φ minime norūt pergere i ciuitatē. Hoc eſt optimę ciui‑
tatis normā ſibi ad viuēdum proponere/ neq; perſequi volūt
eccleſię ſimplicē fidē/ pulchrāq; pgere in ciuitatē ſupercęleſtē
» ſcilicet Hieruſalē/ cuius opifex & autor eſt deus. Veh tibi ci‑ Liberorū
» uitas cuius rex iunior/ & pricipes tui mane comedūt. Beata aliter inga
» es terra/ cuius rex filius liberorū/ & pricipes tui veſcūtur tpe nuorum.
» ſuo/in fortitudine, & nō cōfundētur. Litteralis quidē ſenſus
Miſerā eſſet ciuitatē/ cuius rex iſtabiles habet mores iuue‑
num titu: & cuius principes dimiſſis publicis negocijs cuiſq;
ciuibus/prima irrubēte aurora poculis comeſſatióibuſq; in‑
dulgēt. Nā qui mero & crapula ſeſe infartiūt/ quiq; leues ſūt
& parum ſibi cōſtantes / neq; regno neq; principatibus alijs
gerēdis ſunt apti. beatā vero iudicāt regionē: cuius rex ſit fi‑
lius liberorū patrū. hoc eſt qui ſit officioſe ac liberaliter edu‑
catus/ quiq; probe educationis mores cōſeruet/ vt nichil pe‑
nitus velit/quod ſeruile ſit/ qđ illiberale/ quod turpe. & cuius
principes regionis omni ſtudio curāt quę ad cōmoda ſubdi‑
torū pertineant: modeſte ꝑterea/ ſuoq; tēpore veſcūtur/ nō ita
que ad vētris & gulę gratiā cōparētur/ ſed q̄ virile robur bo‑
nāq; valitudinē pariant ac tueātur/ hoc eſt q̄ neceſſaria ſint.
Tales enim principes inſitam pectoribus gerētes iuſticiam/

Myſtice. iuſtūq; iudiciū iudicātes: nulla vnq̄ ignominia cōfundētur.
Myſtico autem ſēſu ac morali. Anima rationalis eſt ciuitas.
huiuſq; ciuitatis rex intellectus. qui ſi fuerit iuueniliter leuis
atq; incōſtans/motuſq; ſuos quaſi principes quoſdā habuerit
gulę ac voluptatibus indulgētes: veli proculdubio adiūctū
habebit. ſin vero rex ītellectus ſacris enutriatur diſciplinis:
vere filius eſt liberorū. & motus habet rationū/ qui congruo
tēpore omnia exequūtur: tam q̄ ad corporis curā ſpectāt/ q̄ q̄
ad aīæ faciūt mentiſq; ſolertiā. Quæ ſi ciuitas hęc & prouincia
(quā animā nuncupamus) ita viuat/ ita ſe regat boniſq; pro-
fectibus roboretur: nulla vnq̄ turpi nota ignominiaq; fędabi-
tur. In plenitudinibus humiliabitur cōtignatio. & in deſidia „
manuū ſtillabit domus. in riſu faciūt panem. & vinū lętificat „
Moraliter. viuētes. & pecunię obediunt omnia. In parabola nos erudit: „
hortans ne contēnamus operari bonū. Ne ſpiritualis noſtrę
domus hoc eſt animę. contignatio/ id eſt firme ac cōnexe ra-
tiones humiliētur & corruāt. ita vt domus ipſa perſtillet. de-
fluentibus vndiq; vicijs conturbata. atq; ita ſi quas habeba-
mus prius virtutes. ex deſidia & inertia amittamus. Oportet
ergo aſſidue iſpicere noſtrā hāc domū: neq; ſolū ea reſpecta-
re/ q̄ bene hactenus geſſimus. Sed oculos ad contignationē/
Moraliter. hoc eſt ad ſupmū fine erigere. Nā qui ſegnius ſeſe habent ad
capeſſendas virtutes: ad ſolā voluptatē oculos animūq; con-
uertūt/ occupāturq; circa id quod hominū q̄plurimi ſuaue le-
tumq; opinātur. Palamq; iactāt cōparari pecunias oportere/
cū argento dicant ōnia eſſe ſubiecta. Aliter. Deſides ocioſiq;
homines ſinūt ſtillare domum ſuā. qui vero aguntur ſanctis
eccleſię inſtitutis: pane quodā myſtico vinoq; aluntur. cuius
virtute cōfirmati: demonis aduerſantis inſidias facile ride-
re poſſunt. ſciētes q̄ vniuerſi mūdi machina argēto ſubiecta
ſit/ hoc eſt dei verbo propter nos incarnato. qđ argēti appel-
latione ſacra vocat ſcriptura. Sciēdū vero eſt q̄ noīe panis:
omne ſiccū alimētū ſolet eadē ſcriptura deſignare. ſicut & vi-
nū vocat aut aquā: qđ inſitā humiditatē habet. hoc ſignifi-
care voluit Moyſes/ cū quadraginta diebus/ quibus legē ac-
cepit/ neq; panē (inquit) comedi/ neq; bibi vinū: hoc eſt/ neq;
ſiccū neq; humidū quicq̄ guſtaui. In cōſciētia tua regi ne im-
preceris: & in ſecreto cubiculi tui ne imp̄ceris diuiti. Volucris
enī cęli aſportabit vocē tuā & q habet alas ſermonē tuū re-
nūciabit. Volucrē cęli ſūt/ qui putēt eſſe animā ipſam vel ſpi-
ritū nobis inſitū. habentē vero alas aut ſpiritum ſanctū/ qui
apparuit in colūbę ſpecie/ quiq; omnia cōplet/ ōnia nouit/ aut
ipſos ſanctos angelos. Cōtra vero nōnulli habentē alas pro
diabolo accipiēdū dicūt. volucres vero cęli. parētes diabolo/
aereas poteſtates. Secundū vero vtrāq; expoſitionē: ita in-

tellige. Ne regi/neue diuiti imp̄ceris·ac ne i penetralib⁹ qdē. Tua nāq; maledicta excurrēs fama deferet ad illusaures: cui tu malū imp̄catus fueris. Imp̄cari vero quēpiā dicimus: cum malū aliquod vel ſibi vel proximo aduenire votis expoſcit.

CAP. XI

Mitte panē tuū ſuper trāſeūtes aquas: quia poſt tēpora multa inuenies illū. Da partes ſeptē/nec nō & octo: quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terrā. ſi replete fuerint nubes: imbrē ſuper terrā infundent. ſi ceciderit lignū ad auſtrū aut ad aquilonē: in quocūq; loco ceciderit ibi erit. Qui obſeruat ventū: nō ſeminat. & qui cōſiderat nubes: nūq̄ metet. Quomodo ignoras q̄ ſit via ſpiritus/ & qua ratione cōpingātur oſſa in vētre pregnātis: ſic neſcis opera dei qui fabricator eſt omniū. Mane ſemina ſemen tuū: & veſpere ne ceſſet manus tua. quia neſcis quid magis oriatur hoc an illud/ & ſi vtrūq; ſimul melius erit. Dulce lumen: & delectabile eſt oculis videre ſolem. ſi annis multis vixerit homo. & in his omnibus letus fuerit: meminiſſe debet tenebroſi tēporis/ & dierū multorum. qui cū venerint: vanitatis arguētur preterita. Letare ergo iuuenis in adoleſcentia tua/ & in bono ſit cor tuū in diebus iuuentis tuę/ & ambula in vijs cordis tui & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito q̄ pro omnibus his adducet te deus in iudicium.

COMMENTARIVS VNDECIMI CAPITIS.

Mitte panem tuū ſuper faciē aquę. quia i multitudine dierū inuenies illū. Scriptū eſt frāge eſurienti panē tuū. Ceterū panis appellatione omne genus elemoſynæ deſignatur. Mora'.ter. Dicit ergo Eccleſiaſtes: cū lachrymis & miſericordi affectu facito elemoſynā. Huius enī fructus tecū pmanebit i ſeculū. Alit. Aquas pro hominū cōuenticulis & congregatione

Myſtice, ſolet appellare ſcriptura. Iuxta illud. libera me de aquis multis & de manu filiorū alienorum. Inquit ergo. O tu quiſquis es diuinę legis interpres ac doctor / alimentum verbi quod tibi gratia ſpiritus ſancti liberaliter dedit: ſine vlla intermiſſione pauperibus & egenis imparti. premiū miniſterij huius relaturus: vt cum deo verbo viuas iunctus in ſęcula. Da partem ipſis ſeptem / partem quoq; dato & ipſis octo. quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram.
Allegorice Qui credit veteri teſtamēto: partem dedit ipſis ſeptem / propter ſabbati cultum / qui in lege veteri continetur. qui q; tunc ſpirituali ſanctificatione perficitur: cum a peccatis deſiſtimus ac requieſcimus. qui vero nouum recipit teſtamentum: partem ſuam dedit & ipſis octo / propter dominicam reſurrectionem / quam octauo celebramus die / hoc eſt ſabbatū inſequēte / vt primo quodam initio reſurrectionis ſęculiq; futuri. Inquit ergo. recipe vetus ac nouum teſtamētum. Vel aliter. Noſtrę huius vitę tempus ſeptem dierum numero deſignatur. Inquit enim ſcriptura / requieuit deus die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. Initium vero futuri ſęculi: octaua eſt dies. cuius ſymbolū nobis eſt dominica reſurrectio. Quod ergo nos monet Eccleſiaſtes. hoc eſt. modeſte (inquit) viue in p̄ſenti ſęculo: & theſauriza tibi per operum bonorum exequutionem / quæ ad futuræ vitæ bonum pertineāt. atq; ita partem ipſis ſeptem da
Allegorice to & ipſis octo. Aliter. Septem dona ſpiritus numerat Eſaias. poteſt igitur chriſtianus populus appoſita quadam collatione per ſeptenarium numerum deſignari: cum ſeptem ſpiritualibus donis ditatus fuerit. octonario autem numero deſignabitur populus iudęorum. qui octauo die circūciſionis accepit ſignum. Inquit ergo. Confer elemoſynam in omnes homines. Quæ autem inquit / quia non cognoſcis quid mali futurum ſit ſuper terram: ad omnes poteſt accōmodari expoſitiones / quas modo attuli. Ita videlicet. Recipe duo teſtamēta: vt ignorantiæ pariter ac nequitiæ tenebras procul abs te repellas. Vel modeſte age quæ ad huius pertinent vitę officia / cogitans aſſidue & de futuro ſęculo. Neq; enī noſti q̄ grauia repoſita ſint tormenta ijs / qui neq; ſeptenarijs partē ſuā dederūt neq; octonarijs. Vel elemoſynam omnibus cōfer in cordis tui ſimplicitate. Neq; enim noſti quis hominum vere īdigeat / qui ſue ſimulata paupertate p auaricià petat. Si repletę fuerit nubes pluuia: ī terrā effūdūt. & ſi decidat lignū ad auſtrum ſiue ad boreā: ī loco vbi ceciderit / lignū ibi deſidebit. Prima quidē pticula huius loci / litterali ſēſu poteſt ad elemoſynā referri. Quia ſicut nubes iuſſu diuino ībrē ſup oēs hoīes ſpgūt: ita cōuenit elemoſynā cūctis hoīb9 iptiri. myſtico aūt ſu

blimiori ſenſu: nubes pro ſanctis viris accipiuntur, quorum
vnus fuit Moyſes: q dicit/ expectet vt pluuia eloquiũ meũ.
Sancti ergo repleti diuino verbo/ quale ſcilicet factum eſt ad
Oſee ſanctoſq; alios: effundũt fœcũdũ imbrem/ nõ ſuper ſo-
lam Iudeam/ ſed & in omnẽ terrã in quã exiuit ſonus eorum.
Et hęc quidẽ de prima particula loci huius: quę ad pluuiam
pertinet. Ligna vero in ſcripturis ſacris ſignificãt modo iu-
ſtos viros/ modo etiã peccatores. Auſter autem accipitur pro
illuſtri loco ac lucido: vel pro veriſſima illa luce/ q ẽ IESVS
CHRISTVS dominus deus noſter. Cõtra vero Boreas pro Moraliter.
caliginoſo ac tenebrarũ pleno accipitur loco: proq; ipſo dia-
bolo/ qui in tenebris habitat. In quocũq; igitur loco ſeu illu-
ſtri ſeu tenebroſo/ hoc ẽ ſiue in turpi ſcelerũ ſtatione/ ſiue in
honeſta virtutũ/ dephendatur homo cũ moritur. in eo gradu
atq; ordine permanet in ęternũ. Nã vel requieſcit in lumine
fœlicitatis ęternę cũ iuſtis & CHRISTO domino: vel in te-
nebris cruciatur cũ iniquis & principe mũdi huius diabolo. anagogice
» Qui obſeruat ventũ nõ ſeminat. & q cõſiderat nubes nõ me-
» tet. ſicut nõ eſt qui ſciat/ q via ſit ſpiritus/ neq; quomõ cõpin-
» guãtur oſſa ĩ vẽtre ꝑgnantis: ita nõ cognoſces opa dei quot-
» cũq; facturus ẽ. Qui vẽtos obſeruant: ſationi minus incũbũt.
Plerũq; eñi cõtigit/ vt q hodie pflat vẽtus: craſtina die ſit qe-
tur9. aut cõtra/ bacchaturus ſit die craſtina: q hodie cõqeſcit.
hodie cũ pluat. cras erit aer ſerenus. Nõ oportet ergo vẽtos
obſeruare/ ſed ſpe bona ſationẽ facere/ deo cõfidẽtes auctori
bonorũ õnĩũ. Nã ſi pręe obſeruatione nubiũ ac vẽtorũ diffe-
ramus ſationis tẽpus: irritã deinde meſſem experiemur. Sed
etiã ſi maxime velimus: obſeruare nõ poſſumus aeris quali-
tates. neq; enim ſcimus viã ipſius ſpiritus. ſapiẽter naq; ac
varie: deus humanis conſulit rebus. Neq; aliter ignoramus
dei erga nos cõſilia & diſpenſationes: q̃ & oſſa q̃ cõpingũtur
& geſtantur in ventre pręgnãtis. Quis enim nouit/ maſculus
ne ibi deliteſcat an fœmina/ integrĩue gignatur/ an parte ali-
qua corporis imperfectũ/ Qꝫ ſi ignoramus quale nã ſit quod
in vtero genitricis cõpingitur: multo ignorabimus magis/
qua nã ratione offula illa/ quam embrion vocant: in corpus
aĩalis coaleſcat & cõformetur. quo etiã pacto oſſa cõponãtur Moraliter.
quoue totius corporis ſibi cõgruat harmonia. Inquit ergo.
Tu quoq; ne tãtopere ſis ſollicitus: curioſe q̃rẽdo cui ſis ele-
moſynam daturus/ cui non daturus. vt puta fidelis ne ſit ille
an infidelis: iuſtuſne an iniuſtus. Etenim ſi pẽdebis aio iſta
diſquirẽs: amittes ſationis tẽpus. neq; inuenies ĩ tẽpore meſ-
ſis: qđ metas. Sine vlla itaq; dilatione tẽporis/ ĩ ſimplicitate
cordis tui elemoſynã confer. neq; enim ſcis an ſpiritus eum
viuificet: quẽ tu fortaſſe putas iniuſtũ. cõtraq; illũ a ſe repel-

f iii

lat. quē tu iuſtū exiſtimas. Mane ſemina ſemē tuū: & veſpere ne ceſſat manus tua. quia neſcis magiſne ꝓuētuꝛū ſit hoc an illud. ꝙ ſi vtraq; in idē tendant: bonū hoc erit. Qui tenebras ignorātię ab intellectu ſuo procul expellit: cū ſit in ipſo principio virtutum/ mane primo ſationē facit/ Iuxta illud. donec dies eſt operamini. Qꝫ ſi hic ad finem permaneat/ officioſe viuens. ſecundū virtutē operatus dici poteſt vſq; ad veſperā/ ita vt manū ſuam ab opere non remiſerit neq; ceſſarit. Inquit ergo virtute aggreſſus perſeuera vſq; in finem. Neq; eni noſti quenā ex tuis bonis operibus placitura ſint iudici/ illa ne quę iuxta carceres pegiſti/ an ea ꝙ iā perductus ad metā. Qꝫ ſi vtraq; eodē pariter modo deo approbentur. bonitatis & perfectionis plena celebritur huiuſmodi operatio. Aut aliter: ita intellige. ab ineunte pueritia operare virtutē. Neq; dixeris/ nūc adoleſcētior cum ſim/ fruar delicijs quas habet vita: poſtea vero cū ad ſenectutē peruenero/ ad pœnitentiam me cōuertam. Nequaq̄ eni noſti quid tibi eucturū ſit. aut quādo tibi adeit finis vitę. Eſt itaq; operepciū operari ſemper virtutē. ſūmaq; cōtentione ad hāc aſſequendam conari. oportet etiā ſępe deū precari. vt quę ipſi operamur ſuę ſint maieſtati

Aliter dies placita & bonitati. Dulce lumē: & bonū eſt oculis videre ſolem. ſi ānis multis vixerit homo/ in ōnibus his letabitur & recordabitur opa tenebrarū. quoniam multę tenebrę erūt: & omne qđ aduenit vanitas. Docet nos hoc loco Eccleſiaſtes qle ſit illud mane/ quo nos hortatus eſt ſationē facere: hoc ē ſuaue proſſus ac dulce oculis ipſius intellectus. Mane inq̄ illud/ qđ producit iuſticię ſol/ aias noſtras ieterno ſplēdore illuſtrans. Sicut q ſolem hunc ſenſibilē vident/ per ipſius lumen viſibilia intuētur: atq; ita ſenſus ipſos varijs officijs intēdūt. qui vero ſolē nō: videt in tenebris deſident ocioſi/ eo ꝙ non videāt q̄ ſolis lumine illuſtrātur. Ita pari ratione & qui intelligibilē cōtuētur ſolem lumē in mēte ſua recipiunt per quod plane vidēt atq; cognoſcūt q̄ ad eiuſdē ſolis volūtatem ſibi agenda ſunt/ quęue etiā dimittēda. Is autē q ad diuini verbi ſentētiā viuēdū ſibi cōſtituat/ tametſi multos ānos verſetur i vita hac q̄ difficilis ferme ab oībus exiſtimatur: aiam tamen ſuā voluptate lęticiaq; perfundit. cū nō ſolu cōplectatur aio & intelligat quę agenda ſibi ſunt in practico vitę curſu. verū etiā mente pacatiſſima cōtempletur pulcherrimas illas ſpecies/ quę a materia ſeiunctę/ ſolo intellectu percipiūtur. Speculatur autē hęc. lucidiſſimis iuſticię ſolis fulgoribus illuſtratus. neq; vero tantū hęc ipſa cōtuetur: verū reputat animo & tenebrarū dies/ qui in futuro ſęculo ſunt impios cōprehenſuri. Et cum meminerit dies illos perēnes fore/ peccatoreſq;

ipſos poſt rerũ omniũ vanitatẽ venturos ad eterna ſupplicia: omni ſtudio & cõtentione declinat a malo/bonũq; operatur.
» Letare iuuenis in adoleſcentia tua: & bonis fruatur cor tuũ
» in diebus adoleſcentie tue,& imaculatus deambula in ſemi-
» tis cordis tui & in viſione oculorũ tuorũ. Cum dicat ambula immaculatus in ſemitis cordis tui: plane oſtendit ꝙ ad ſpiritualem leticiam/ hoc loco iuuenẽ cohortatur. Iuuenem vero intelligit: qui ſit animo robuſtus ac fortis / & qui tuto poſſit atq; intrepide contra diaboli colluctationes in campum deſcendere / aptũ exuere antiquum hominem/ nouũq; induere qui ſit ad imaginem dei factus. hic autẽ qui ambulat immaculatus in ſemitis cordis ſui / hoc eſt animã in tuto loco cõſtituens mẽtemq; purificans: habet veiq; & puros ſui corporis ſenſus/ redditurq; aptiſſimus ad mirabiles pulchritudines cõtemplandas / leticiam ſummã percipiens in ſpirituali adoleſcentia/ internaq; mentis perſpicua viſione. Quia vero maſcula nomenclatura perſepe ſcriptura vtitur in his locis/ in quibus fœminas eque ac viros ad virtutẽ hortatur: ſciendũ ẽ ꝙ a principaliori parte ac ſexu orationẽ aggredit̃. Mulieris nãq; caput eſt vir. vna vero vtriq; aĩe eſt ſubſtãtia/ & vnũ ſumus oẽs ĩ dño/ cũ fœminei ſexus viriliſq; differẽtia ad corpus ſolũ ptineat. Quare etſi hoc loco adoleſcentẽ ſolum videas adhortationem accipere: ſub huius tamẽ adhortationis lege fœminas putato eq̃ ac viros ipſos cõprehẽdi. Verba quoq; illa Pauli apoſtoli/ qbus inqt deſpondi vos vni viro virginẽ caſtam exibere CHRITO. tã ad viros pertinere q̃ ad mulieres exiſtimato. & cognoſce ĩ his oĩbus: ꝙ ducet te deus ĩ iudicio.

Moraliter.

Moraliter.

¶CAP.XII

AVfer iram a corde tuo: & amoue malicia a carne tua. adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt. Memẽto creatoris tui in diebus iuuentutis tue: anteq̃ veniat tempus afflictionis tue/ & appropinquet anni de quibus dicas nõ michi placẽt/ anteq̃ tenebreſcãt ſol & lumẽ & ſtelle & luna/ & reuertãtur nubes poſt pluuiam. quãdo cõmouebũtur cuſtodes dom⁹: & mutabũt̃ viri fortiſſimi/ & ocioſe erũt molẽtes ĩ miuto nũero/ & tenebreſcẽt vidẽtes ꝑ foramina/ & claudẽt oſtia ĩ platea in humilitate vocis molẽtis/ & cõſurgent ad vocem

volucris/ & obſurdeſcent oẽs filię carminis/ excelſa
quoq; timebũt & formidabũt in via/ florebit amig-
dalus/ impinguabitur locuſta/ & diſſipabitur cap-
paris. quoniã ibit homo in domũ ęternitatis ſuę: &
circuibũt in platęa plãgẽtes anteq̃ rũpatur funicu-
lus argẽteus/ & recurrat vita aurea/ & cõteratur hy
dria ſuper fõtẽ/ & cõfringatur rota ſuper cyſternã/
& reuertatur puluis in terrã ſuã vnde erat/ & ſpũs
redeat ad deũ qui dedit illũ. Vanitas vanitatũ dixit
Eccleſiaſtes: & omnia vanitas. Cunq; eſſet ſapien-
tiſſimus Eccleſiaſtes docuit populũ & enarrauit q̃
fecerat: & inueſtigãs compoſuit parabolas multas.
quęſiuit verba vtilia: & cõſcripſit ſermones rectiſſi-
mos ac veritate plenos. Verba ſapiẽtũ ſicut ſtimuli
& quaſi claui in altum defixi: quę per magiſtrorum
conſilium data ſunt a paſtori vno. His amplius fili
mi ne requiras. Faciendi plures libros: nullus eſt fi-
nis. frequenſq; meditatio: carnis afflictio eſt. finem
loquẽdi: pariter oẽs audiamus. deũ time/ & mãda-
ta eius obſerua. hoc eſt omnis homo. Cũcta q̃ fiũt
adducet deus in iudiciũ pro omni errato/ ſiue bo-
num ſiue malum ſit.

COMMENTARIVS DVODECIMI CAPITIS.

ET remoue irã a corde tuo: & abducito malignitatem a carne tua. quoniam iuuẽtus & amentia vanitas. & memento creatoris tui ĩ diebus adoleſcentię tuæ anteq̃ veniãt dies afflictionis & anni: in quibus dices non eſt voluntas mea in eis. Hoc loco ĩ memoriam nobis reuocat diuinũ iudicium: loquiturq; tanq̃ auctoritatem habẽs/ remoue irã a corde tuo. Potes enim cum ſis pręditus ratione/ iracundiã frenare. malignitatem vero carnis accipit pro omni peccato. Nã & apoſtolus opera carnis vocat opera peccati. Pręcipue vero malignitas carnis eſt: ipſa libido. Paſſiones vero quas dicimus: ſunt motus inconſtantis animi ac iuuenilis. Animo autem iuuenili amentia fere plerunq; annexa eſt: quæ

nichil eſt aliud q̃ mera vanitas. Inquit ergo ſi velis exuere hunc iuuenilem animum & petulantis ſuperbiæ motũ freno compeſcere: indelebilem dei memoriam conſeruato. Dies autem adoleſcentiæ præſentis vitæ dies ſignificant. vere ſtulticiæ dies ſi ad perfectionem cõparētur futuræ vitæ. Si enim in præſēti vita memoriā dei abieceris: incũbit iam tibi tēpus punitionis/ quod diē vocat afflictionis/ cũ peccatores tũc puniendi ſint. & tunc dices non eſt voluntas mea in ipſis. Nullus enim cum torquetur: tormentis carere nolet. Qui ergo in hac vita non ſequutus domini præcepta/ ſed ſuas cupiditates ex amētia & animi īperfectione facit ea quę vult: in tēpore punitionis torquetur ita vt non vult. Anteq̃ obtenebreſcat ſol & lumen & luna & ſtellæ & reuertantur retro nubes a pluuia in die i qua cõmouebũt cuſtodes domus/ & in obliquum deprauati fuerint viri fortitudinis/ & ceſſauerint molētes/ quoniā ad paucitatem redactæ fuerint/ & obtenebreſcēt quę aſpiciunt per foramina/ & occludent ianuas in platęa in infirmitate vocis molentis. Audiui quempiā qui verba loci huius putaret ad particularē vniuſcuiuſq; interitum pertinere. Alium qui ad vniuerſalē mundi cõſumptionē. Alium item/ qui ad altiorē ſenſum referret. Quę omnia paucis õnino vobis explicabo. Orationem conuertit Eccleſiaſtes ad eũ/ quē admonēdũ ſuſcepit: atq;. rationē habeto tuę ſalutis eamq; curato diligenter: donec vti potes libero voluntatis arbitrio/ integrumq; tibi eſt ad virtutē accedere. Poſt hanc etenim vitā tibi accidet non ſicuti vis: ſed torquebens ſicuti non vis. Rationem itaq; tui habeto: āte obitus diē. anteq̃ ſcilicet tibi ſol obtenebreſcat/ & luna & ſtellæ. huiuſcemodi enī tenebre vnicuique cõtingunt in extremo vitæ obitu. Tu itaq; curato ſalutem tuam: priuſq̃ in aquā terrāq; ſoluaris. Corpus enim hoc noſtrum quod veluti nubes quędā videtur animę ſupercũbere ac ſuperpoſitum eſſe. defũctis nobis in ſimilia elementa reſoluitur/ aquā ſcilicet atq; aerē. In ipſo etiā mortis die domus/ hoc eſt animæ cuſtodes cõmouentur: & in obliquũ declinant ac remittũtur quę prius recte ac intenſe fuerant rationis vires/ quę hoc loco viri fortitudinis nũcupantur. dolent enī ac conturbantur in ipſo formidabili a corpore noſtro exitu. **Moraliter.** Poſſunt et cuſtodes domus intelligi: corporis noſtri materiales oculi ac ſenſibiles/ qui in mortis articulo contuendi vires extingui ſentiunt. Tũc etiā molentes ocioſe ſunt/ hoc eſt dentes ipſi ac molares: qui inditos ori cibos molunt atq; cõminuunt. non q̃ prorſus numero pauci fiāt. ſed quia ad paucitatem virtutis officijq; deueniant. **Aliter tenuitatē.** Pupillę quoq; oculorum quę veluti per foramina quedam proſpiciũt/ tenebris obdu-

cuntur/ cum meatus omnes & operationum viæ/ quibus vſi ſu-
mus in vita: penitus occludantur. Incipit enim tunc homo tenui
vocis filo ac infirmo loqui/ cũ i extremo reſpitat/ voce vix egreq;
Allegorice & perdẽtes reſonãte. Prius itaq; ꝙ te hec mortis incõmoda com
prehendant: cura vt in officio ſis/ operériſq; virtutem. Aliter ad «
vniuerſalẽ mundi finem: ita hec accõmodare poteris. Sicuti per «
verbum dei creatura mundi creata eſt: ita & diuino iuſſu quan-
Allegoricꝰ ſenſus do reſoluetur. Cum enim ad ſæculorũ finem mũdus peruene-
rit: ſuperuacuus erit vſus luminariũ. Tunc pluuia opus non erit:
que irriget terram. Sed nubes quodãmodo a pluuia retro cõuer
tentur/ hoc eſt pluuiã nullam dabũt/ vel cum pluuia pariter ſol-
uentur & euaneſcent/ cum neq; nubium neq; imbriũ vſus aliqs
ſit futurus. Vel tũc in aliud miniſterium domino deo obedient:
vehicula fortaſſe geſtandis ſanctis effectę. Tunc & cuſtodes do-
mus cõmouebũtur/ hoc eſt ſancti/ fortitudinis viri hoc loco nũ-
cupati/ qui tunc in obliquum pauliſper declinabunt & ſecedent/
propter antichriſtum. Nõ ꝙ penitus rectitudinem iuſtitie renũſ-
ſuri ſint aut caſuri. Ipſi enim ſunt cuſtodes eccleſię & mundi hu
αληθους ζαι ius: quorũ pręſidio conſiſtit & conſeruatur. Tunc & molẽtes re-
digentur ad paucitatem Molentes pro ipſis iudæis accipiendæ
ſunt: qui tanq̃ in piſtrino molentes/ graue legis iugum laborio-
Allegorice ſumq; pertrahunt. Redigentur autẽ ad paucitatem: quia preter
paucos cęteri omnes ad fidem chriſti conuerſi erunt. Tũc enim
ſaluus erit omnis iſrael/ hoc eſt plurimi ex iſrael. Tunc pauci illi
qui ad fidẽ CHRISTI nõ acceſſerint/ qui nũc dici poſſunt modi-
cũ quid per foramina litterę legalis aſpicere: cœcitate vltima ca
ligabunt & tenebreſcent/ cum in ipſo errore penitus fuerint con
firmati/ & viuentes in obſtinatione & cõtumacia ianuã ſalutis
ſibi ipſis ocluſerint. Platęam vero ſiue forum pro pręſenti vita
intellige. Illud autẽ patientur iudęi quod ſuperius dictum eſt: co
q; permanſerint contumaces in infirmitate vocis molentis/ hoc
eſt legalis litterę Grauis enim lex eſt/ atq; etiam debilis & infir-
ma: cum iuſtificare neminẽ poſſit/ ſicut & apoſtolus inquit. Infir
mitas enim legis in qua infirmata eſt propter carnem & quę ſe-
quũtur. Et conſurget ad vocem paſſerculi vel auiculę: et humi- «
habuntur omnes filię cantici & ab altitudine videbunt & ſtupo- «
re in via. Hoc loco ſapiẽs noſter Ecclæſiaſtes loquitur de extre- «
mo iudicij die: quando mortui conſurgent in iuſſu & voce tubę
Allegorice archangeli. Iuſſu autẽ paſſeris hoc eſt verbi, quod carneum cor-
pus aſſumpſit/ qui propter ſolitariam ſuã in cruce mãſionem de
ſeipſo dixit/ per prophetam Dauid/ factus ſum ſicut paſſer ſolita-
rius in tecto. Tunc humiliabuntur filię cantici/ hoc eſt animę ra
tionales mortalum hominũ: quę in delicijs & in voce organi &

cantus ſuauitate muſiciſq; inſtrumētis oblectatę nimiū fuer nt.
Aut animas ītellige falſa docentium magiſtrorū ac mēd. ci-
um prophetarū.que ſonora volubilitate verborū quaſi dulci
quodā cantico/ pernicioſa voluptate occuparit aures et ani-
mū auditorū. Sed et ipſę iudęorū animę.quę filię ſunt canti- Allegorice
ꝓphetarū: humiliabuntur.quoniam no audierunt canetes
prophetas et vocātes eas ad fidē CHRISTI .ſicut cecinit Eſa
ias.Cantabo dilecto canticū dilectier quę ſunt generis eiuſ-
dem.Omnes itaq; ꝑdictę peccatorū animę/ ſed fortaſſe & iu-
ſtorū aīme admirabūt & obſtupeſcēt: quādo adducent in vi-
am iudicij/ & videbūt ex alto venietem in nubibus filiū ho-
minis in gloria patris ſui. Florebit amygdalus & pingueſcet
locuſta:& diſſipabitur capparis. Cū preſētē vitam animo Sa-
lomon reputater:in cantico canticorū inquit. Hyems trāſijt
triſtitiam vitæ huius ac turbulētiā denotans. Ver autem no-
minauit futurā in ſplēdore gloriæ vitam iuſtorū. Sequit' enī.
Flores viſi ſunt in terra noſtra. Idem ergo nunc ſibi in men-
tem veniet atq; ait.q̄ tūc in gloria reſurrectiōis florebit amy-
gdalus/ pingueſcet locuſta/& aperietur capparis.ita enī alius
interpres expoſuit:hęc autem omnia vere ipſo prouenīūt.ait
ergo.futuram vitā verno tempori eſſe maxime cōparandam.
Aliter.Qui agriculturæ ſunt periti:aiūt ante cęteras arbores Allegorice
efflorere amygdalum: et reliquarum poſtremā folia exuere/
vt videatur quodāmodo frondibus virere perpetuis. Scimus
autem nuces amygdalas triplices eſſe. nam extrinſecus viri-
dem calicem ligneæ teſtę/ ſiue duriori putamini īpoſitum ha-
bet. cui nucleus ineſt/ quem comedimus. Talis vero eſt ho-
mo e corpore/ anima/ſpirituq; compoſitus. Inquit ergo tunc
florebunt iuſti ſicut amygdali habentes in vigore et gloria/
corpus/ animā & ſpiritū. Aliter. Virga Aaron quā germinaſſe Allegorice
credimus/ nuces ꝓtulit:gerēs ſignū ſaluatoris domini IHE-
SV CHRISTI/ qui virga fuit egreſſus e radice Ieſſe. Ait er-
go q̄ i futuro ſęculo facet florebit ſermo dignis auditoribus
perfectam tribuens doctrinam. Iuſtis igitur in hoc gaudio
cōſtitutis/ locuſta pingueſcet/ hoc eſt peccatorum corpora de-
paſcetur infernus/ ita vt pingueſcere videatur. locuſta enī hoc
loco ſuppliciū figurat et pœnā: quia et locuſtis deus Ægypti-
os deuaſtauit. In hoc itaq; ſtatu rebus conſtitutis/ florētibus
tiū iuſtis/ peccatoribus autem traditis ad ęternum ſuppliciū
diſſipatur capparis & euaneſcit. quę cum amarorem quēdam
& ſalſedinem habeat: āxietatem figurat ſollitudinemq; pec-
cati. ipſum vero peccatum priuatio quędam cum ſit/ neq; te-
uera ſubſiſtat: in nihilū rediget' atq; ceſſabit/ cū hoīes exacto

iudicio amplius in hoc mūdo peccaturi non ſint. Quoniam „
iuit homo in demū ęternitatis ſuę. Inqt ꝓpheta Dauid. Hei «
michi quia incolatus meus prolongatus eſt. nō perpetuā ha-
bitationem/ ſed incolatū vocans preſentē vitam. Tunc ergo
(inquit) cōmigrans homo e preſenti incolatu: in ęternā ſuā
domum/ hoc eſt futurū ſeculū perueniet. Et circuierunt ī foro
plangentes. Tū & qui fuerunt in hac vita peccatores. plora-
bunt & ſe penitent. Forū vero ſiue platea preſens dicitur vita «
propter crebras rerū vices ac mutationes. Anteq̄ euettaē fu- «
nicul9 argēti. Orationē cōuertit ad auditorē quē ad monēdū
ſuſcepit atq;. Cura adoleſcens vt pijs operibus ruaq; probi-
tate ſeuerū vēturū iudicē tibi placabilē reddas atq; demulce-
as/ āteq̄ p ſupremam iudicij flāmam deleātur huius mundi
diuitię. Funiculuſq; auaricię ſcindantur: qui materiam prebet
omnibus peccans ad homines implicandos. Radix enim
malorum oīm auaricia perhibetur. anteq̄ igiē excedas ab hac
vita/ in qua viget doloſa pecunia & auariciæ ſtudiū: diſpone
ōnes operationes tuas/ vt ſecurus iudicij futuri egredi poſſis.
& anteq̄ cōteratur flos auri. florē auri pulchritudinē intelli-
ge: vel arcā repoſitoriūue/ in quo aurum repoſitum aſſerua-
mus. ait ergo. āteq̄ precioſa mūdi huius ſuppellex diſpereat:
accede ad virturē. Aliter. Argentum plurimis in ſcripturę lo-
cis pro diuino ſermone accipitur: aurū vero pro ītellectu ac
mente. Thecam vero auri intelligimus noſtrū cerebrum. Ita
igitur verba hec expones. anteq̄ tranſeat tibi doctrina ſacrę
ſcripturę q̄ inſtar triplicis funiculi ac flagelli malas noſtras
affectiones viciaq; depellit/ dū potes cerebrum tuū purgare
donecq; es in vita: multā tui rationē habeto. Et anteq̄ cōte- «
ratur hydria ſup fontē. Hoc loco Eccleſiaſtes noſter philoſo- «
phatur de maſſa ac globo humani corporis. nequis enim pu-
taret corpus hoc noſtrū/ quod in morte reſoluitur in nichilū
Allegorice perpetuo abiturū eſſe: ſymbolice nobis oſtēdit ſuā reparabilē
perēnitatem. Sicut enī hidrya iuxta fōtē attrita: aqua nō pe-
rit/ nec euaneſcit/ ſed ī fonte ſuū reuertitur rurſuſq; cum quis
voluerit aquā poterit haurire de fonte: ita & corpus quod in
elementa reſoluitur: in fontē ſuū/ terrā videlicet ipſam redit.
paratum iterū in mēbra cōponi/ quando auctor ille voluerit/
qui ab initio illud plaſmauit. Aliter. Aqua hydrie in fontem
non perit/ ſed ad ſuam plenitudinem integritatēq; accedit/
in fonte ipſo exiſtētem. Quādo igitur quod ex parte eſt/ eua-
cuatum fuerit iuxta apoſtolum: tunc veniet quod perfectum
eſt. Particularis itaq; hęc noſtra cognitio/ q̄ nūc nobis ineſt:
tūc perfectionē ſuā accipiens/ erit velut aqua hydrię/ ad pleni
tudinem fontis deueniens/ fonti parte tunc addita/ qua fons
prius carebat. & anteq̄ cōuoluatur rota ſuper lacū. Alijs cau-

dem ſentētiam verbis expreſſit. Conuolui enim rotam ſuper lacum: eſt rotā conoluendo infringi ac decidere in lacū ſiue ciſternam vna cū aqua ipſa quā figuli ſuo operi ſuperinfundūt. Rotam eni hoc loco accipit ciſternę vel puteo oppoſitā: qua figuli ſolent aquā exhaurire. Similiter autem hic quoq aquam intelligit in lacū deferri ſicut ſuperius ſuū in fontem. Aliter. Rota accipiē pro noſtra hac vita ob ipſas reuolutiones ac motus/iuxta illud vox tonitrui tui in rota. Ingr ergo āteq̄ rota huius vitæ nos ſecū pręcipites deuoluat in lacū: propria curemus ſalutem. lacus vero pro inferno accipitur iuxta quod alibi dicit. Saluaſti me de lacu inferiori: et a deſcendentibus
» in lacū. Et anteq̄ reuertatur puluis in terrā ſicut erat. Corpus namq noſtrū in affine ſibi elemētū terrā ſoluitur iuxta illud. terra es: et in terrā reuerteris. Et ſpiritus reuertatur ad deū qui dedit illū. Spiritus ſi cū aīmæ vocabulo coniūctus legat: potiorem aīme vim hoc eſt intellectū menteq̄ ſignificat. Sin vero ita ſimpliciter & abſolute poſitū inuenias ſine vlla mentione animæ ſicut hoc loco ponitur: pro aīma ipſa poſitus intelligitur, inquit ergo. Cum in terrā corpus reſoluit aīa reuertitur ad deū/ redditura rationē rerū quas geſſit i vita creatori ſuo. Neq enim de terra plaſmata eſt aīma noſtra rationalis: ſed talis exiſtit qualē ſolꝰ ille nouit/ q eā creauit. Noſtroq huic terreno corpori colligat. ſicut etiā & a corpore educit/
» cū illi ſoli placuerit/ qui eā corpori colligauit. Vanitas vani-
» tatum dixit Eccleſiaſtes. ōnia vanitas & āplius qđ fuerit ipſe
» Eccleſiaſtes ſapiens & docuerit hoīem ſcientiam & auris in-
» ueſtigabit elegantiā parabolarū. Repetit hoc loco quę ſuperius ſ ſeſe vſurpauit ſermonē. aſſeritq oia quęcūq ſunt i mūdo vanitate eſſe. ſe vero ipſum nō nichil āplius q̄ ceteros homines accepiſſe. hoc eſt egregie ac ſingularis ſapientiæ propriā poſſeſſionē. ſola nāq ſapiētia ſolius eſt ſapiētis poſſeſſio. Aut preterea ſe hāc ſapiētiæ poſſeſſionē ſine inuidia ceteris cōmunicaſſe hoībus tam videlicet ea tradētem q̄ a ſēſibiliū rerum ſpectant cognitionē/ q̄ ea quę a materia ſeiuncta itellectu ſolo pcipiunt. Tū ſubiunxit q qui purgatā habuerit aurē/ qualem videlicet ille q dicit appoſuit michi aurē vt audirē. poterit facile iueſtigare elegātias ſcientiarū/ q̄ in pūerbiis cōtinent. aut Aliter: ita intelige. Qui habuerit elegantē aurē ornatā iauribus verbi diuini/ quale habuit Rebeccha q̄ accepit iaures a puero ſeu ſeruo Abrahā: hic poterit audire atq Aliter ordinatiōibꝰ
» percipere q̄ parabolice tradunt. Multū quęſiuit Eccleſiaſtes
» vt inueniret ſermones volūtatis & ſcriptos rectitudinis/ ſermo
» nes veritatis. verba ſapientū ſicut ſtimuli boū/ & ſicut clauī
» īgniti. q̄ ex conſtitutionibus tradita ſunt a paſtore vno & ſuperfluū ex ipſis ſermones volūtatis intelligit conformes ſer-

mones volũtati diuinæ/quos quiſquis ſequutus homo fuerit percipiet gloriã vitæ/ac fœlicitatis æternæ. vel ſermones itelligit myſteria cõtinentes, de qbus ait ſaluator in pſalmis Dauid. vt facerẽ voluntatẽ tuam deus meus volui. Volũtas autem fuit patris: vt vnigenitus filius ſuus humanã carnem aſſumeret. Voluntatis itaq; diuinę ſermones ipſiuſq; ſapientiæ/ quę & rectitudo & veritas iure optimo nũcupatur. quęſiui inquit noſter Eccleſiaſtes ex iis monumẽtis/quę ſcripta ꝓphetæ nobis reliqrũt. Neq; eni ſatis eſt tantũmodo voluiſſe: niſi & multo quoq; ſtudio perquiramus. qui eni quęrit: inuenit: & pulſãti apietur. hęc igitur cũ queſiſſet Eccleſiaſtes: cognouit ꝙ verba prophetarũ pieq; de deo ſentiẽtiũ patrũ ſũt perſimilia ſtimulis boum. ſicut enim ſtimuli boues pungunt vrgentq; aratio ſulcũ pręſcindere: ita & theologorũ verba excitãt nos/qui ſpe bona aramus ꝓſcindere ſulcũ ſpiritualẽ. vt cum purgatus fuerit ager cordis noſtri: pulchros in eo virtutis ſurculos cõſeram⁹. ſimilia quoq; ſũt clauis ignitis atq; cãdentibus: qui altius acfacilius lignis infiguntur. ita & ſapiẽtium verba theologorũ in penitiſſimos ſinus intellectus noſtri altius figũtur. hęc autẽ verba tradita ſunt nobis ex cõſtitutionibus. Alia vero exẽplaria habent e cõpoſitionibus. Cõſtitutiones autẽ ſiue cõpoſitiones. intellige opera dei. q̃ admirabili ac ſupremo ordine & harmonia diſpoſita & conſtituta ſunt: ex quibus ꝓportione quadã ac ſimilitudine ducimur in aliquã dei opificis cognitionẽ. poteris & conſtitutiones hoc loco accipere pacta vtriuſq; teſtamẽti veteri ſcilicet ac noui. Vnde autem cognitio data eſt nobis vt & ſenſibilia ſpecularemur & intelligeremus quę intellectualia ſunt? Ex vno nẽpe paſtore. quo autem? qui ſcilicet & ĩ cælis & in terra rationales paſcit creaturas. qui & dixit ego ſum paſtor bonus. Sequitur autẽ. & ſupſluũ ex ipſis. Quodnã ſupfluũ. ex harũ ſcilicet rerũ cognitiõe. ampla eni & permagnifica cognoſcimus vtputa ꝙ hereditas noſtra vita ęterna futura eſt. q̃d bonus ille paſtor dignatus eſt noſter fieri magiſter. & q̃d deniq; in ſupma fœlicitate locãdũ eſt, ꝙ q digni habiti ſum⁹ ĩperfecta hac cognitione/ quę eſt ex parte dum viuimus/ ad pfectã deĩde in futuro ſęculo venientis/ puri pariter a ſancta conſubſtãtiali trinitate illuſtrandi. Fili caue tibi a faciẽdis multis libris: quoniam non eſt finis & meditatio multa. carnis labor. Multi libri multiq; ſermones/ qui non tendũt ad vnũ eundẽq; propoſitũ finem conturbãt animã legentis atq; cõfundũt. Quoties vero cũq; de vera religione ſermonẽ quis faciat/ tametſi in longũ ſpaciũ tẽporis illũ ꝓtrahat: ſicut apoſtolus fecit q in ſchola tirnoxiũ de myſteriis CHRISTI perdocuit: is neq; tũc multa dicit/ neq; moleſtus eſt & ĩportunus immo vero potius au-

Theologos hic olympiodorus apellat euãgeliſtas apl'os & ꝓphetas Alter ſtolones.

201

ditores ſatiare non poteſt. talia etiã ſunt ſanctæ ſcripturæ vo-
lumina: q̃ multis cõſcripta verſibus multa tamẽ nequaq̃ dicũ-
tur ſed lex domini nũcupatur. Quãdoquidẽ vnus in vtroq;
teſtamento legis eſt lator: libriq; õnes ſanctę ſcripturæ in eũ-
dem finẽ ſcopũq; ferũtur ſicut & nos dominus docuit: qui ve-
re magnus eſt Eccleſiaſtes/ patriſq; ſapiẽtia. his maxime ver-
bis diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo/ & proximum tu-
um ſicut teipſum. in his enĩ duobus mãdatis: tota lex & pro-
phetæ pendent. videſne igit̃ vt in ſermone vno & verbo ab-
breuiato multiloqui libri & argumẽtoſi cõprehendãtur: neq;
ideo multi ſint. quę ſũt itaq; volumina q̃ nos dehortatur cõ-
ponere Eccleſiaſtes? Nẽpe gentiliũ volumina & monumenta:
qui ſcilicet alter alterius euertũt & ĩpugnãt ſententias/ ſempq; — Queſtionarij & ĩ altercatione libri
inter ſeſe grauiſſimũ bellũ gerunt. necnon abſterret nos ab
hereticorũ libris inuicẽ diſſidentiũ: recentibuſq; iudæorũ vo-
luminibus ac ſecũdarijs/ que ĩfinita prope ſunt/ fabuliſq; cõ- — Nota de thalmutiſtis
ferta. dũ enĩ ſcripturas nouis quibuſdã figuris ĩterpretari ſtu-
dẽt. ĩ ridiculas fabellas & genealogias cõuerſi ſunt. traditio-
neſq; ediderũt a ſententia ſcriptoris longiſſime aberrantes.
multa itaq; meditatio/ quę in huiuſmodi cõficiẽdis libris ad-
hibetur: ſolum affert laborẽ carnis/ & affligit corpus ſine vlla
vtilitate ac fructu. Meditatio vero quã intendimus circa diui-
nos libros/ in qua nos verſari die noctuq; ſãctus Dauid hor-
tatur/ cũ dicit/ & in lege eius meditabitur die ac nocte. non la-
bor eſt carnis ſed exultatio ſpiritus. quamuis enim ĩ ſudore &
lachrimis ſeminemus laborãtes circa honeſtum ĩ exultatione
metemus inclytũ virtutis fructũ. bonorũ ſiquidẽ laborũ: glo-
rioſus eſt fructus. aduertendũ eſt autẽ q̃ filiũ ſuum vocat Ec-
cleſiaſtes/ quẽ admonẽdũ ſuſcepit. Curandũ eſt igitur nobis:
vt õni ſtudio paternã hanc dignationẽ ſeruemus. qđ profecto
faciemus ſi paterna mãdata non trãſgrediamur. qđ vero ait/
Non eſt finis/ ĩtellige hoĩes ſine fine verſari circa res vanas:
vel q̃ res vanę ppoſitum finẽ fructũq; illũ non habẽt/ quẽ cõ-
ſeq poſſimus illas pſequẽtes. vel q̃ infinita laborũ eſt multitu-
» do: qui per orbẽ terrarũ circũferuntur. Audi ſupremũ finẽ ſer-
» monis. deũ time/ & mãdata eius obſerua. quoniã hoc eſt õnis
» homo. õne opus adducet deus ĩ iudiciũ in õni quod omiſſum
» fuerit/ ſiue bonũ ſiue malum. Ego (inquit) tibi cõpendioſam &
breuiſſimã ſalutis viam oſtẽdo. Deũ time/ & mãdata eius ob-
ſerua. Timorẽ vero intellige: nõ qui eſt valde ĩperfectorũ qua-
ſiq; ſeruilis/ quo incipiẽtes ac timidi introducũtur in virtutis
ac pietatis viã. hic naq; ppter ĩminentes/ minas formidataq;
ſupplicia: pturbatione nõ caret. ſed ĩtellige timorẽ dñi ſãctũ &
ſanctificantẽ: quẽ debemus ex charitate/ pioq; affectu erga illũ/
qui leges tulit mandataq; ſeruari ſua ĩſtituit. Si enim carnẽ a

fornicatione cōpeſcam⁹ ſupplicij metu nō charitate iubētis: qs dubitet qui ſublato iudicij pœnarūq; terrore ī fœdas libidines ꝓlapſuri ſim⁹ cū ſtupri deſideriū in pectore habeam⁹. Quod & de cęteris flagitijs q̄ lege nobis prohibent: intelligēdū eſt. Si vero nō minarū metu atq; ſupplicij/ ſed odio viciorum peccare nolumus: tūc charitate proſequentes latorē legis/ mādata eius ſeruamus/ & cauemus ſeduli ne deſluam⁹. Sancto enī timori adiūcta eſt operatio. ſicut & q operatur: idē etiā timet ne qd̄ preceptū cōtēnat atq; poſthabeat. timor hic itaq; ſanctus cū ab honeſtate ꝑficiſcatur: noſtras ſanctificat aīmas & charitati æquipollet. Qui vero timorem hūc habet & mandata dei cuſtodit hic eſt ſapiēs. ōnis homo/ hoc eſt integer & vndecūq; pfectus. hec itaq; inqt ſecurus operare: certus ꝙ ōne opus hūanū a liberi arbitrij facultate profectū adducet deus in iudiciū/ rationē a nobis exigens corū q̄ geſſerimus in vita/ queq; etiā facere omiſerimus/ ſiue illa bona ſint ſiue etiā mala. omittūtur autē perſępe multa ſedulo ac volētibus nobis/ multaq; rurſus nobis inuitis. Nā ſi cū poſſim bene quid facere/ illud tamē ſciēs bonū eſſe omitto atq; poſthabeo: hęc voluntaria eſt omiſſio. ſi vero per ignorantiā boni/ omiſi operari bonū quod poterā: hęc ipſa omiſſio ꝑter volūtatē cōtingit. accidit autē: vt inuiti quādoq; bonū operemur. Perſępe vero ſciētes atq; cōſulto/ rurſuſq; cōtraria ratione malū perſępe aggredimur cōſcij quid patremus/ noſtrāq; cōſcientiam contēnētes/ hoc ſane ipſū voluntariū eſt peccatū: quādoq; vero per ignorantiam/ patramus aliquid qd̄ lege diuina ꝓhibetur ne fiat. quod ſane peccatū preter noſtrā volūtatē cōtigiſſe putandū eſt. De huiuſmodi vero peccatis & beatus Dauid orabat dicēs. Delicta q̄s itelligit: ab occultis meis munda me/ hoc eſt quę per ignorātiā peccaui cū mala eſſe neſcirem. Nos autē bene iam per Eccleſiaſtē edocti: timeam⁹ deū & illius mādata cuſtodiamus/ ōni noſtra contentione ac ſtudio. ſūma eni ſalutis noſtrę in miſericordijs domini ac benignitate iudicis repoſita eſt: cū quo/ & per quē deo patri eſt gloria ſanctoq; ſpiritui & nunc & in ſęcula ſęculorum Amen.

OLYMPIODORI
IN ECCLE
SIASTEN
FINIS

ANNO CHRISTI REGIS ETERNI
M D X II. MARTII
X V I

¶ PAVLO SECVNDO PONTIFICI MAXIMO MATTHIAS PALMERIVS.

Procemiũ tralatoris I Ariſteam.

CVm & antea ſemper Beatiſs. pōtifex intelle-
xerim. S. tuam in perquirendis maiorũ no-
ſtrorũ ſplēdidis geſtis mirifice oblectarā:
& nunc quo amplior ſis: eo maiori quoq;
(vt par eſt) ſtudio excellentium virorũ ma-
gnifica queq; perquirere / cum alia quidem
omnia/ tum ea maxime quę vel ad diuini
cultus ornatum excolendum pertinent/ vel
ad ſacras patrum noſtrorum inſtitutiones
firmandas/ illuſtrandaſq; deduci videātur. Quod profecto
ſtudium/ non ab re ſacrato pectori tuo ab ineunte ętate tam
firmiſſimo animi inſtituto/ diuinitus inhęſiſſe: omnes facile
perſenſimus. Sed veluti in reddendis populo iuribus iuſti-
ciaq; ſeruanda magnos excellit patres: ſic etiā in emendan-
dis hominũ moribus ac ſacris omnibus ad veram pietatem
inſtituendis/ perficiēdiſq; ſũmorum virorũ geſta ceu exem-
plar ſibi animo proponat / quod aut imitetur egregie / aut
longe exuperet. Rem plane ſummo pontifice dignam: & quę
hactenus vix paucis diuino nempe munere cōtigiſſe fertur/
viris quidem/ cum omni vitute ſũmis/ tum āpliſſimis opibus
accumulatis. Ex quorum numero ſi vnũ aut alterum coram
viſendum ſanctitati tuę adduxero: neminem factum meum
reprehenſurum arbitror. Leget igitur Sanctitas tua ſi quan-
do ab ingentium negociorũ quibus aſſiduo obruitur cumu-
lis parum ocij ſubripere valet: breuem Ariſteę viri quidem
grauiſſimi de 72 interpretibus libellum/ pridem latinũ a me
factum. In cuius profecto lectione, B. pater ſacras ſummorũ
pontificum veſtes/ vaſa/ phialas/ mēſamq; auream/ tum ipſius
ſacerdotis ac templi ornatum omnē ſic cernere putabit: ac ſi
ea omnia corā ante oculos luſtrāda exponerentur. Addũtur
in his preterea (quod iocundiſſimũ eſt legenti) cum ſapien-
tiſſimorũ virorũ dicta reſponſaq; grauiſſima/ tum mira quedā
ac prorſus diuina ſacrorũ obſeruatio. Accedunt inſuper qua-
les quantiq; maximi ac potentiſſimi regis: erga ſacerdotem
ipſũ/ cultus honoreſq; ſeruentur. Ex quibus rebus facile col-
ligi poterit/ quanta maxima laude extollēda ſit ſanctitas tua:
cum neglectus diu dei cultus/ ac clerus ipſe improborum in-
ſolentia pene conculcatus/ tua incredibili induſtria/ tuo labo-
re & diligentia ſubleuetur/ exorneturq; ac in veterem ritum
veluti ab exilio reuocatus/ ſumma omniũ gratulatione redu-
citur. Valeat Sanctitas tua ſui Matthię memor.

ARISTE.

¶ ARISTEAS AD PHILOCRATEM FRATREM PER MATTHIAM PALMERIVM PISANVM E GRAECO IN LATINVM CONVERSVS.

¶ Procemium Aristeæ.

CVm p̄magni ſeper feceris Phlocrates cuiuſq; rei cognitionem / miroq; diſcendi amore tenearis: rem p̄ſtantem & cognitu dignam ad te ſcibere ſtatui, q̄ nuper nobis contigit apud Eleazarum ſummū iudęorum ſacerdotē. Verum enim quo harum rerum facilior tibi foret cognitio: cauſas primum ob quas eo miſſi ſumus / inde rem ipſam q̄uertiſſime explicare conabor / cum propter ipſius rei dignitatem tum propter eam (quę animo tuo inſita eſt) rerum omniū noſcendi cupiditatem. Ineſt nāq; id homini preſtantiſſimū: vt vel ab hiſtorijs / vel ab ipſis rebus ſemper aliquid diſcat. Sic enim rudis adhuc animus & quaſi infans maxime exornatur: cum in initio pulcherrima quęq; & rerum digniſſima cōplectens / pietatem lege infallibili rationeinq; ſequitur. Igitur cum rerum diuinarum noticiā magno ſtudio perquireremus / & diuina lex ſine interprete cognoſci non poſſet: nos pro eius tranſlatione legationem vel vltro ſuſcepimus / ad hunc talem virum qui bonitate & gloria / & a ſuis ciuibus & alijs omnibus honoratiſſimus habeatur. quiq; magno decori atq; vſui ſit: non ſolum ijs quibus cum vna verſatur / ſed cęteris etiam ciuibus quocunq; in loco ſint. diuina ſiquidem lex apud eos membranis conſcripta: litteris hebraicis continetur. Hanc vero rem nos cupide egimus ſumpta a rege proficiſcendi occaſione a iudęorum colonijs / quę primum a patre huius regis (qui vrbem & prouinciam obtinuit) in ægyptum deductę ſunt. Sed quando in harum rerum mentionem deuenimus. dignum duximus eadem tibi apertre / quo maior inde eſſet cognitio. Arbitramur te nanq; venerando cultui longe magis intendere: q̄ hominum (etſi ſanctas) legum conſtitutiones inquirere. q̄d quidem deſiderium tuū vel maxime patet: quando ex inſula ad nos vſq; profectus ſis / ea ſolum gratia vt quicquid vbiq; eſſet quod animum exornaret / coram cognoſceres. Etenim primo quę memoratu digna viſa ſunt de iudęorum genere: ad te ſcripſi ſicuti accepi ab eruditiſſimis ægypti ſacerdotibus / viris quidem prudentiſſimis / quo eruditionem hanc tuā ſi quomodo poſſem iuuarem. Oportet enim acceptas gratias

omnibus quidem refertet ſed maxime ſimilibus. verum mul-
to magis tibi/cui cognita ſit virtus: neq; ſolū ex genere ipſo
fratris morem referas/ ſed & ad decus quidem & pulchritu-
dinem eodem mecum impetu ducaris. Neq; enim auri gra-
tia/ aut quiuis precioſiſſimarū rerū ad inanē gloriā appara-
tus eos nobis fructus afferunt: quales ab eruditionis inſti-
tutione/ earumq; rerum conſideratione percipimus. Sed ne
longius præfari nos ad oſtentationem exercere videamur:
iam redeat vnde diſceſſit oratio. Demetrius Phalereus cum — Narratio
regis bibliothecę prępoſitus eſſet: diligenti cura elaborabat — Demetrius
vt ex vniuerſo orbe (quoad fieri poſſet) volumina compara- — Phalereus
ret/ diſtributis per oportuna loca hominibus/ qui libros &
emerent & tranſcriberent. Quo ſtudio deinum perfecit: vt
quantum in ſe erat adimpleretur regis propoſitum. Nam p̄ſ-
ſentibus nobis cum ab eo peteretur quot librorum milia cō-
gregaſſet inquit/ Rex ſupra ducenta milia iam in bibliothecā
redacta ſunt/ breuiq; numerum adimplebo/ qui ad quingen-
torum milium ſummam aſcendat. Nunciat quoq; michi iu-
dęorum leges tranſcriptione dignas eſſe: & quę in biblio-
theca tua habeantur. Quid igitur obſtat ait: quid te hoc
facere prohibeat? nonne omnia tibi in hunc vſum prompta/
ſubiectaq; ſunt? Cum reſpondiſſet Demetrius interpretatio-
ne opus eſſe: quoniam ita proprijs caracteribus ſecundum
eorum linguam iudæi vterentur quemadmodum & ægyptij
ſuarum litterarum diſpoſitionem ad propriam vocem ſequā-
tur. Nam longe falluntur qui Syria lingua illos loqui pu-
tant. cum alius ſit illorum dicendi modus. Intercipiens ea
rex inquit ſcripturum ſeſe ad iudæorum Pontificem vt om-
nia perficiantur. Hic equidem tempus adeſſe ratus ſum eos
liberādi: quos ex iudæa regis pater traduxerat/ quaq; pro re
ſępe rogaueram Soſibium Tarētinum/ & Andream præfectū
corporis cuſtodum. Ille enim vna cum Andrea ducens ex- — Soſibius
ercitum per Celem/ Syriam atq; Phœniciam omnia ſibi ſu- — Andreas
biecit. Nam hos quidem in Coloniam/ illos in prędam ab-
duxit: cuncta terrore proſternens/ adeo vt ex iudęa hominū
centum milia in ægyptum deduceret. Ex quorum numero
armatis electorum triginta milibus. eos in prouincię cuſto-
diam diſpoſuit. Antea quoq; & multi cū Perſis atq; ide alijs — Pſāmitic9.
cum ſocijs qui aduerſus ethiopum regem cum Pſammitico
miſſi ſunt: venerant. ſed non tanta multitudine affuerunt:
quantam ſolus Ptolemæus lagus deduxit. Nam ſicuti di-
ximus ille viros quoſq; ętate atq; robore preſtantes eligens:
armauit. Cæteram vero colluuionem iuniorum/ ſenum/ &
fœminarum: in Coloniam inſtituit. ea mente vt ſi quan-

do milites ſui ob bellorum neceſſitatem inſoleſcerent: his eorum iactantiam compeſceret. Nos igitur qui ad horum hominum libertatem/modum aliquem (quemadmodum dictum eſt) perquirebamus: ſumpta tunc oportunitate/verbis huiuſmodi ad regem vſi ſumus. Non abſurdum eſt rex ſi aliquando accidat/vt quis ab ipſa re redarguatur. Nam cum omnibus iudeis vna ſit lex quam nos non ſolum tranſcribere cupimus/ſed interpretari: qua ratione ad eos mittemus/quãdo in regno tuo detinetur magna eorũ multitudo. Verũ enim diues animus & preſtans: ſolutis iis qui in erũnis habentur legem peteret. preſertim quando deus ipſe regnũ tuũ fortunet: qui illis eam legem dedit propter quam tantopere laboramus. oĩm eni factorem & creatorem deum iſti colunt: quem & mortales omnes. Sed nos rex aliter denominantes: Iouem appellamus. quẽadmodum non inſipienter maiores noſtri ſignificarunt: quoniam ſingula quæ ſunt per eum & fiant & viuant/quem ductorem omniũ & dominatorem volunt. qui etſi omnes mortales ſubiectos habeat: tamen ſplendore animi prefulgens/implorantium vota minime fallit. ſic & nos animo deum precari debemus: vt mẽtem noſtram erga omniũ libertatem recte inſtituat. Nam cum figmentum dei genus hominũ ſit/& mutetur rurſus atq; vertatur ab eo: propter hoc ſępius multiſq; modis precamur dominatorem cordium ea perficere quę imploramus. hoc equidem ſermone/magnam ſpem conceperam rei patrandę. cum preſertim recta precantibus diuinum quoq; numen adſit. quę enim ad iuſticiam atq; bonorum operum rationem tendunt/ſi ea homines ſancte agere enituntur: dominator omniũ deus/illorum actiones/affectuſq; dirigit. Rex tunc paululum ſe inclinãs vultu exhilarato: quot inquit milia eſſe arbitraris? Andreas qui aderat breui reſpondit. ſupra centum milia. Tunc rex. Paruũ eſt inquit quod nos orat Ariſteas. Soſibius autem & aſtantium quidam: dignum eſt aiunt tua magnanimitate rex/ſi horũ libertatem pro gratiarum munere maximo deo offeras. Nam cum maxime honoratus es a dominatore omniũ/& ſublatus ſuper maiores tuos: decens quoq; eſt vt maiores etiam tu gratias referas. Hic rex conuiuio in lęticia effuſus. conquiri omnes pręcepit/ac ſingulorum corpora dragmis viginti redimi: proponiq; ſuper his edicta/celeri hac in re prõptitudine vſus. Deus enim deſideria noſtra perficiebat. impellebatq; illum non ſolum eos libertati reddere qui ab exercitu patris tranſducti fuerãt: ſed omnes qui & prius & poſtea quocũq; modo in regnũ perueniſſent. precium autem redẽptorum ſupra quadringẽta talenta aſcendit.

Edicti vero exemplum ad te tranſcribere: haud abſurdum duxi, quo clarius appareat. & rei magnitudo/& regis facilitas. Deus enim illum in multorum ſalutem impulit.

¶ Edictum liberationis Iudeorum.

OMnes qui cum patre meo per Syriam atq; Phœniciam militantes/Iudęam terram intrauerunt/abduxeruntq; iudęorum corpora quę in vrbibus/in agro/aliiſq; operibus relegauerũt: ea omnia ſoluere iubemus & libera eſſe. Pręterea et iudæos omnes qui vel prius vel poſtea quocunq; modo abducti ſunt libertati reſtituere. pro quibus ſtatim in corpus quodq; dragmas viginti accipiant. quas milites quidem in cibariorum diſtributione/ cęteri ex regia mēſa ſument. Arbitramur nanq; pręter patris mei conſilia/pręterq; ęquum & rectum hos captiuos deductos vaſtatamq; regionem: atq; hominum huiuſmodi in ęgyptum deductionẽ militum temeritate factam eſſe putamus. Satis enim cõmodi ſibi fuerat ex loci militibus: quando prouincia omnis dicto pareret. Cum igitur iuſta vniuerſis hominibus reddere intēdamus/atq; iis maxime quibus per iniuriam dominatur/perſcrutantes ſingula quę ad rectum iuſtũq; ducunt/ ac pietatem ante omnia proponẽtes: quęcũq; iudaicorum corporũ vbiq; vel in coloniis vel quocũq; modo in regnum deducta/ capite ſeruiant/libera eſſe cenſemus. Ad hęc ne quis damno afficiatͬ/ iubemus: vt omnes/tribus diebus ex quo hoc edictum fixum fuerit/extemplo libellos porrigant quibus certo contineatur/ quot quiſq; capita libertati tradiderit. hoc enim ſic perfici & nobis & regno conducere arbitramur. Eorum vero qui non paruerint bona publicentur, quos quiſquis deferre voluerit: cuiuſcunq; ſententiam aperiat imperamus. Perfecto edicto/ cum id Regi traderetur vt cognoſceret an ita ex voluntate ſua conſcriptũ eſſet/& cętera omnia adeſſent (pręter hoc tantum: et qui antea & quiq; poſtea in regnũ perueniſſent) Rex id ipſum ob magnificentiam adiecit. moxq; accumulatam pecuniam depromi: ac miniſtris nũmulariiſq; ſuis diſtribui iubet. Diebus vero ſeptem perfecta eſt huiuſmodi diſtributio. perſolutaq; ſunt ſupra ſexcentorum ſexaginta talentorũ DC. LX.
milia. Nam ingens puerorum multitudo cum ipſis matribus libertati reddita eſt: & in cuiuſq; capita pro regis iuſſu dragmę viginti appenſę, hæc enim ſumma cum voluptate perfici mandauerat. Poſt hæc imperat rex Demetrio: vt ſummam hebraicorum voluminũ ſibi libello prębeat. Mos nãq; regibus his/cuncta edictis proferre: ita vt nec minimũ quidē

ſine reſcripto agatur propter magnificentiam/ & certam rerũ fidẽ. Quapropter quo res ipſas vel oculis cernere poſſis: rogationis & epiſtolarum exempla traduxi. licet enim ipſis in tabulis cerni liberatorum multitudinem: quoue quiſq; habitu & arte differret. Rogationis vero Demetrij ad regẽ. exẽplum hoc eſt.

¶Demetrij Rogatio

EVm inſtituiſſes Rex vt volumina vndiq; pquirerẽtur: quæ ad implendam bibliothecam tuam decentemq; ornatum facerent. Id equidem omni diligentia/ cũcta perſcrutans: tibi ſignifico iudęorum legis libros/ & paucos quoſdam adhuc deeſſe. Illa quidem hebraicis litteris & lingua conſcripta eſt: & propter hoc hactenus ſuis tantũ cognita/ ad regias manus adhuc minime peruenit. Sed digna eſt vt ipſa quoq; inter tuos libros habeatur: cum propter ſapientiam quę in illa continetur/ tum propter eius ſublimitatem/ vtpote diuinam. Cuius rei gratia & apud poetas & hiſtoricos/ horum voluminum frequens eſt mentio: quoniam putilis ſit & ad regendos mores/ & reſpublicas inſtituendas/ ob hominũ pſtantiam/ qui illic deſcribuntur/ & rerum venerationem/ quemadmodum Hecateus abderites inquit. Igitur ſi tibi videtur rex: ſcribatur Hierosolymam ad Pontificẽ/ vt mittat ad te ex omni tribu ſex/ viros quidẽ optimis moribus inſtitutos/ & ętate venerandos/ ac ipſius legis meditatione doctiſſimos. vt multis omni acumine interpretantibus/ conſonum quoddam eligentes: rẽ tãto opere tuaq; electione dignam conficiamus. perpetuo Vale.

Finis rogationis.

HAc rogatione accepta: rex litteras ad Eleazarum de his rebus decernit/ quibus ſignificabatur captiuorum liberatio. Addit prętera ad ſacerdotum decus: crateras/ ptualas menſam/ atq; libamina/ auri pondo talenta quinquaginta/ argenti ſeptuaginta/ & precioſorum lapidum ingens precium. precepit ad hec ęrarijs & artificibus cuncta ad opus illico prebeant: & pecuniam ad ſacrificia atq; alios vſus talentorum centum. ſed quo huius apparatus quęq; rectius intelligas: regię epiſtolę exempla (quę huiuſmodi verbis extat) afferemus.

¶Rex Ptolemęus Eleazaro ſummo Iudęorum ſacerdoti, S. P. D.

Digitized by Google

CVm iudęorum plurimi noſtram regionē incolerent/ qui Hieroſolymis abducti fuerant eo tempore quo Perſę rerum potiebantur/ quiq; patrem meū in Aegyptum victr ſequuti ſūt/ ex quibus plures in militū ordinē adegi: fidos quoſq; in pſidijs collocatis quo auxilio munitus inſoleſcentes Aegyptios cōpeſceret: nos poſt vbi regni gubernacula cœpimus/ benignitate erga omnes/ tū maxime erga ciues tuos affecti/ eorum ſupra cētum milia libertate donauimus/ in capita queq; digno pcio dominis reddito. Studemus enim ea ratione componere: ſi qua armorū impetus a bono rectoq; deduxit. arbitrantes pie id agere: ſi hoc munus pro gratijs referamus magno deo/ qui regnū noſtrum pace atq; gloria inſigni/ per vniuerſum orbem concelebrauerit. Quapropter alios qui in exercitu ſeruiebant: vt contubernales eſſent/ effecimus. Alios qui fide digni habebantur: aulę noſtrę pręfecimus. Sed cum his & vniuerſis qui per orbem ſparſi ſunt iudei grata edere cupiamus: inſtitutus legem veſtrā quę hebraicis litteris continetur in gręcā trāſferri linguam. Vt & ipſa quoq; in bibliotheca apud nos: cum alijs regijs libris habeatur. Recte igitur facies & rem noſtro ſtudio dignam ſi ex omni tribu ſex elegeris ſeniores: qui q̄optime educati ſint & ī legis eruditione comprobati/ quiq; ad interpretandum optimi ſint. Nam quando ad eam interpretandam acutiori meditatione opus eſt: ex plurium conſideratione verum elicietur. Arbitramur ſiquidem tanto opere perfecto: magnam inde nos gloriam aſſequuturos. Mittimus igitur harum rerum gratia. Andream cuſtodum corporis noſtri principem/ & Ariſteam viros quidem apud nos honoratos/ qui munera ad ſacrificia alioſq; vſus offerāt/ argenti talenta centū. Tu vero ſi ad nos reſcribas: ſi quid eſt quod deſideres rem gratam nobis & amicitię dignā facies. ſtatim enim perficiemus: quæ te cupere intelligemus.

¶ Eleazarus (epiſtola hac accepta) verbis huiuſmodi reſpondit.

ELeazarus Pontifex regi Ptolemæo amico ſplendidiſſimo ſalutem. Si vales & regina Arſenoe/ ſoror & liberi: bene eſt & vt volumus. Ego quoq; valeo. Litterę tuę magno nos gaudio affecerunt: cum propter conſilium tuum & inſtitutum/ tum propter egregiam erga nos voluntatem. quibus acceptis aduocato in concionem populo: multa

de benignitate tua erga nos diſſeruimus / vt cognoſcerent oblationes & pietatem tuam erga deum noſtrum/oſtentãtes aureas phialas viginti/ & argẽteas xxx quas miſiſti/ crateres quoq; & mẽſã propoſitionis: atq; argenti inde talenta centum in victimarum apparatum aliosq; vſus . quorum ſacra indigent. quę obtulerunt Andreas preſtantium vnus apud te/ & Ariſteas: viri quidem pulchritudine & moribus inſignes/doctrinaq; preſtantes/ tua profecto inſtructione & iuſticia rebus omnibus digni,qui nobis deſiderium tuum quemadmodum & litteris continebatur: plurimis explicauerunt. Igitur cuncta quę tibi cordi ſunt quãq̃ difficilia perficiemus.quod magnum amicitię & amoris argumẽtum eſt. maximo enim beneficio & incomparabili: ciues noſtros affeciſti . Quare ex templo ſacrificium laudis pro te/ pro ſorore/pro liberis/ & amicis obtulimus . & omnis multitudo id orauit : vt bene ſit tibi/dirigatq; voluntatem tuam in omnibus / & fortunet regnum tuum in pace & gloria dominator omniũ deus. Vtq; ſacræ legis tranſlatio multa tibi tranquillitate & commodo eueniat. peractis ſacris nos ex omnibus (nã aderant omnes) elegimus viros bonos & venerãdos ex omni tribu ſex: quos vna cum lege mittimus. Bene itaq; facies rex iuſtiſſime: ſi perfecta librorum interpretatione/ viros ad nos dimiſeris. Vale.

¶Hi ſunt viri qui ex cũctis Iudæorũ tribubus profecti ſunt.

Ex prima tribu.

Ioſephus Ezechias/Zacarias/ Iohãnes/ Ezechias/Heliſeus

Ex ſecunda

Iudas/Simon/Somoelus/Adeus/Matthias/Eſchemias/

Ex tertia

Neemias/Ioſephus/Theodoſius/Baſeas/ Ornias/Datis/

Ex quarta

Ionathas/Auxeus/Heliſeus/ Ananias/Chabrias/Sachus.

Ex quinta

Iaſacus/Iacobus/Ieſus/Cabateus/Simon/Leuis.

Ex ſexta.

Iudas/Ioſephus/Simon/Zacarias/Somelus/Selemias.

Ex ſeptima.

Sabbateus/Iaſon/Ieſus/Theodorus/Iohannes/Ionathas.

Ex octaua

Theodoſius/Iaſon/Ieſus/Theodotus/Iohannes/Ionathas.

Ex nona.

Theophilus/ Abrahamus/ Arſamus/ Iaſon/ Endemias/Dameclus.

Ex decima

Jeremias Eleazarus Zacarias/ Bancas Eliſeus/ Datheus.

Ex vndecima

Samuel/ Ioſephus/ Iudas/ Ioathes/ Cabel/ Deſitheus.

Ex Duodecima

Iſaelus/ Iohãnes/ Theodoſius/ Arſamenus Abietas/ Ezecelus. omnes. 72.

Hec quidem ad regiã epiſtolam reſpõſa ſunt. Nunc ea ornamẽta quę apud Eleazarum inuenimus: & quę miſſa ad eũ ſunt tibi perq̃breuiter explicare conabor. Vario eni opere/ ſingularique elegantia perfecta ſunt: rege non modo cuncta abundãtiſſime prębente/ ſed ſic artificũ quoſq; per ſe circũeunte. vt ne minimũ quidẽ illis pretermittendi vagandiq; locus daretur. Menſa quidem primo enarrãda eſt: quoniam ſingulari ſtudio expolita ſit. Rex enĩ in eo opere preſtãs quid atq; elegãs reddere cupiẽs: eiuſq; mẽſæ q̃ Hieroſolymis victimas reciperet/ dimenſiones ornatuſq; expoſcit. Ea vbi accepit: maior ne recipi poſſit rogat. Quod cũ & ſacerdotũ quidã et aliorũ reſpõdiſſent nichil prohibere, inquit Rex velle ſe in quincuplũ excellere/ ni vereretur/ ne incõmoda ſacrificãtibus reddatur magnitudo. Nam non ſolum quid capiat locus cõſiderandũ eſt: ſed multo magis gratam quandã habitudinẽ ad ea ſacra quę ſupra pręparanda ſunt intẽdendũ. non enim auri inopia (quãdo cuncta illis abundarent) breuioribus menſuris quę adſit/ compoſitam arbitrandum eſſe. ſed ratione quadam eiuſmodi dimenſionibus perfectam apparere ait. Quapropter neq; ſi longior altiorue fabricẽt: recte ſe habere putare. Igitur cuncta reuoluens (vt eſt ĩgenio ad ſingula iudicanda bono/ prõptoq;) illam ſummis artificũ ingeniis variante opere expoliri iubet: ita vt quęcũq; celata eſſẽt ad ſpeciẽ/ pulchritudinemq;/ plana vero ad mẽſuram referretur. eius enĩ lõgitudinem duorum cubitorũ/ altitudinẽ vero cubiti vnius & ſemiſſem perfecerunt non lenteſcẽte in folia metallo eius aream ſuplniẽte/ ſed auro puriſſimo totam ſolidam elaborauerũt. huic mẽſæ in circuitu inerat corona palmi vnius. plectęi de & reticulę ſculpturã connexat: inter ſeſe reticularũ ſpeciẽ ope referentes/ inteniaſili expolitæ ſunt in tribus lateribus. Eſt enim mẽſa triangularis & per ſingulas partes eandẽ ad opus diſpoſitionẽ habens: ita vt ad quodcũq; te latus vertas/ eandem faciem/ frontemq; exiſtimes. Nam ſi per adiacẽtẽ coronam ad ipſius mẽſæ planiciem inſpexeris: mire pulchritudinis forma refulget. Exterior vero tractus propter excellentẽ geminorum laterum fulgorem (quę proſpectui ſubijciũtur) oculos perſtrin-

Ornatus menſe

git. Nam triangularis menſa (ſicut ſupra diximus) quocunq; modo vertatur: eandē frontem eandemq; opportunitatē prębet. precioſorum vero lapidū ornatus illi inerat per medias ſuntum cōnexiones. ſic enim alius apud alium diſponebatur: vt inimitabilis operis implicationē redderēt/ ſuſtentabanturq; omnes extenuatis ex auro fibulis ob firmitudinem inſixi. At iuncturæ angulis ad conſtringendū inuicem opus ſic concludebantur: vt inſpectantes fallerent. in latitudine autē circa coronulam in circuitu ad ſuperiorem aſpectum: lapides qui quādam oiuculorū ſimilitudinem referrēt/ cōponebātur. iūgebantur et craſſiores inde virgulę ſculptura paululū extātes/ & denſa inter ſe poſitione fulgentes: quę menſam omnem ambirēt. Inferius autem ſub huiuſmodi lapidū oiuculatione coronulam omni fructu contextam/ artificis manus ita exponerār. vt in ipſis coronæ thoris colligatas vuas/ ſpicas/ palmulas/ mala/ oleas roſas/ & ſimilium plura oſtēderent. In quibus nexi auro lapides qui colore ſpecieq; fructus quoſq; redderent: mira arte illigabantur/ quę ſingula in menſæ circuitu frōtem/ lateraq; ornatu ſimili ambiebant. coronę: oiulorum ornatus iūgitur. Addūtur et reliqua virgulati ſculpriq; decoris: quę ab vtraq; parte aureum menſam ſic cōplexa ſunt/ vt quacunq; vertatur eandē ſculpture vndantiūq; plicarū proſpectum/ & coronæ elegantiam vſq; ad locū pedum retineāt. etenim laminam totius menſę ſolidam altitudine digitorum quatuor fecerāt: quo in ea pedes firmius insererentur. quos quidem ad ipſam coronam obſcuris clauſuris fibulæ ſtringebāt: ita vt ſi quando menſa vertatur/ vtraq; parte vtilis/ opportunaq; eſſet/ et eundem aſpicientibus decorem pręberet. Menſæ vero ſuperficiē meander curuatis ſinibus influere videtur: in cuius verticibus alueoq; precioſi lapides/ carbunculi/ ſmaragdi Onichini & cuiuſcūq; generis plures/ decora ſpecie fulgēt. poſt huiuſmodi amnem trica quędā innectitur viſu mirabile quę romborum proſpectum prębens/ chriſtallo/ electroq; figurabatur. in qua quidē terſo opere: ſpectātiū etiam formę referebantur. At pedes in liliorum figuras expolierant artificis manus: quę repādis in ipſo vertice folijs mēſam ſuſtentarent. erectis intrinſecus ad aſpectum frondulis: in pauimento pedes huiuſmodi firmabantur. Carbunculi lapidis extenſio erat in circuitu palmi vnius/ abrupti cuiuſdā ſpeciem viſui prębēs: producebaturq; in latitudinem digitorum octo/ quā ſupra/ fulcri huius onus ōne recumbit. Ex hoc autem lapide hedera aſſurgit: que flo[u]do achāto innexa/ viti implicatur/ quacum vna pendētibus vndiq; racemis ad ſum-

mum vſq; circumambiunt. Sed pedibus/ qui quatuor menſę
ſuberāt/ ſimilis operis diſpoſitio/ pſpectuſq; vnus erat. Eni=
uero ſic cuncta diligenti arte/ preſtantiq; expertorum homi=
num opere perfecta ſunt: vt non vera modo fallerēt/ ſed leui
quoq; aura frondium crepitū exaudias/ referentibus ſingulis
verarum rerum imagines. Fecerant & menſę labia vndiq;
mobilia/ quę inexplicabilis clauus ſic inter ſe ſe per operis
craſſitudinem innectebat/ vt viſu cognitu iūcture nuſq; pa=
terent. inerat namq; menſę per totum non minus ſemicubiti
craſſitudo. Ex quo multorū talērorū ſumptus expoſtulauit. Nā
vbi ſtatuit Rex prioris magnitudinē hanquaq̄ ſuperandam
eſſe: id ōne & longe plura quod antea magnitudini adijci cō=
cupierat ornatu abundantiſſime prębuit. cunctaq; pro regis
deſiderio/ excellēter/ elegāterq; expolita ſunt arte inimitabili/
& pulchritudine decora. Craterum vero duo a baſe ad mediū
vſq; ſquameo ornatu opere egregio viſum fallebāt. relucen=
tibus per ſquamarum media lapidibus multa arte diſpoſitis.
Hos ſupra/ Meāder fluuius vnius cubiti altitudine ābit: la=
pidum varietate & ſpecie inenarrabili cuncta implicās. Poſt
hunc virgultorum ornatus/ inde romborum trica ad ſummū
labium ſequēs/ retis ſpeciē prębet. per quorum mediū i cly=
pei formam lapides ſic cōponebātur: vt nō minus digitorum
quatuor ſpacio inter ſe diſtarent/ quo fulgore gratior inerat
pulchritudo. Supra labium vero liliorum corona floribus ra=
cemiſq; innectitur: quę implicatorum inter ſe funiū ſpeciem
referēs omnia circumābit. hi enim crateres tali ex auro orna=
tu decori. ſupra duas metretas capiunt. At argentei crateres
pręſtantiori decore exornabantur opere terſo. In eo enim ſic
intrinſecus ſingula relucent/ & clarius etiam q̄ i ſpeculis ap=
parere ſoleant. Nec dictu facile eſt q̄ ad veri formas cūcta ex=
polita eſſent/ adeo vt ſi huiuſmodi vaſa aliud apud aliud
diſponantur vtpote ſi primo argenteus crater/ inde aureus
ac deinceps argenteus & item aureus codē ordine ſtatuan=
tur/ res prorſus mira aſpectu efficietur & quę intueri nō poſ=
ſit/ oculorum aciem hebetante fulgore. Nam ſi te ad aurei
crateris ornatum verteris: tanto ſplendore varij operis oculi
percutientur/ vt prę admiratione/ radiorūq; multitudine qui
inde eminentur/ abſtrahatur animus & deficiat. Et rurſus
ſi ad argenteos te deflectere volueris/ omnibus circummi=
cātibus maior luminis effuſio ita occupat intuentem: vt om= Phiale
nino operis ſtructurā cernere nequeat. Phialas vero aureas
ita perfecerunt: vt fertis viteis eorum media exornarētur/
oras/ & labia hedere myrtus atq; oleæ i coronæ modum am=
birent. in quibus precioſi lapides: per commoda quęq; loca

inſerebantur. Singula nanq; artifices ad excellentiā quandā
regiæ glorię/ſic expolierant:vt neq; in regis ærarijs/neq; or-
namētis/neq; vſq̄ alibi quicq̄ inueniret/aut ornatus aut ope-
ris elegātioris. Rex enim gloriæ auidus:in his exornādis cu-
ram q̄diligentiſſimam/magnificentiſſimāq; habuit. Nam ſę-
pius veniēs:opus per ſeſe inuiſebat/atq; opificibus immixtus
nonnulla mutabat. ſtudio quoq; inſtans ne loco moueātur:
donec ſingula ex ſententia ſua perficiātur. Quapropter cun-
cta perq̄eleganter/ decenterq; expolita ſunt:tū propter regis
ipſius preſtantiam/ tū propter pontificis dignitatem qui tāto
Lapides.
loco pręerat ad quē mittebantur. Etenim precioſorum lapidū
ingens multitudo/ et ignota:ſed qui mira magnitudine prę-
ſtarent ad quinq; milium numerū fuerunt/ artificio tamē cū-
cta ſuperante.ita vt lapidum munus artificūq; manus i quī-
cuplum auri pōdus elegantia/precioq; excellerent. Hęc iccir-
co ad te ſcripſi.quoniam vtilitatis plurimum ad rerū cogni-
tionem tibi allatura putarem.ea vero quę ſequentur:cuncta
iter noſtrum ad Eleazarum continebunt. Quod vt clarius in-
Hieroſolyma idest hieruſalē i medio iudaice terre
telligas: prouinciā primū omnē figurabo. Enimuero vbi ad
loca ventum eſt: vrbem in monte ſuſpicimus totius iudaicæ
regionis mediam/ſublimē proſpectum prebentē. In cuius ver-
tice templum apparebat viſu polcherrimū.hoc muri tres cir-
cumambiunt altitudine ſupra ſeptuaginta cubitos ſublimes&
latitudine ea quę ad altitudinem deceret/ longitudine omnē
Templū Salomonis
templi apparatum magnifico opere & decore circūeunt. Por-
tarum vero aſpectus/et lapidum connexiones/ & ſuperlumi-
narium mirū decus.ſūma claritudine fulgēt/vtpote quę nul-
la ſumptuum parcimonia ob magnificentiam cūcta abūdan-
tiſſime conſtructa fuerant. Erat & extrinſecus velū (quo tem-
Velū tēpli.
plum in circuitu clauditur) appēſum.ſimilr portarum magni-
ficentia. Quod quidem viſu iocundiſſimum ſpectaculum prę-
bebat.tum maxime cū mota per pauimentū aura velum ſub-
intrans illud ad ſummū vſq; criſpantibus ſinibus in vndarū
Altare cū fumario.
morem motat. Altare illic pro loco conuenientiſſime conſtru-
ctum(propter hoſtias quę ſuperincēduntur) fumario ample-
ctitur.aſcenſus autem erār ad illud pro loci magnificētia pę-
decenter et ad decorē ſimul additi/ & commodum ſacrificā-
Veſtes ſacerdotum biſſine
tum ſacerdotum:qui talaribus ex biſſo tunicis induūtur. Tē-
plum ipſum ad orientem ſolē verſum:occiduo terga mōſtrat.
Cuius tractus quadā dimenſionū inter ſe cōuenietia:venuſti
decoris formam pre ſe ferunt.ſolū omne ſtrato lapide ornat.
Aquarū vero receptacula quę plurimę ad diluēdum iugula-
tarum hoſtiarū ſanguinem funduntur: cōmodis locis occu-
luntur. Nam feſtis diebus multa victimarum milia cedūtur.

Et enim tantus eſt eductarum aquarū aſſiduus fluxus: vt perennem fontē inundare putes. Sed mirabilius eſt & fere inenarrabile ſubterraneorum cōceptaculorū magnitudo: quę ad quinq; vſq; ſtadia per circuitū templi cūcta penetrat. plumbeæ ad ea fiſtulæ quacunq; per muros et tēpli ſolū quibus oīa abluant/ mūdenturq;: deſcēdūt. Sūt & apud aræ baſim frequentes aperturæ: oībus quidē/ miſſis q miniſtrāt/ incognitæ/ quarū īfluxu & īpetu ōnis/ ex hoſtiarū multitudine cruor purget. receptarū autē aquarū multitudinē p hunc modū cōiectauimus. Nam cū nos vltra quatuor ſtadia extra vrbem deduxiſſent ad quendam locū: iubent nos ſubterfluentium vndarū ſonitum exaudire: qui michi quidē magnorū vaſorum cōfluxus viſus eſt. Verum enimuero miniſteriū ſacerdotū robore/ decore & ſilentio cuncta ſuperabat/ omnibus ſua ſponte laborātibus: quando quiſq; inſtitutō opus iniuſſus curat. hi quidē ligna/ hi oleum/ hi ſimilā/ alij aromata/ alij carnes incendentes. & roboris excellentiā quādam/ dexteritatemq; oſtentāt. Sumptis enim duobus vitulorum cruribus quę pondo ſupra duo talenta ſint. mira in altū facilitate ſic decēter proiciūt/ vt nūq̄ a loco aberrent. Similiter ouium caprarūq; pondera iaciunt. ſunt enim hoſtię ōnes abſq; macula: & pingui preſtātes. Sternitur et ad quietē locus: vbi omnes cubāt. vnde nullo excitante: celeres quiq; ad opus per vices exurgunt. ſilentiū vero tantum ineſt: vt cum ſeptingenti fere miniſtrorum continuo adſint/ & offerentium libamina multitudo ingens: nec vnum quidē hominem loco verſari putes. ſumma namq; veneratione cuncta/ & magna dei pietate perficiūtur. Maxima vero omnium illa nos tenuit admiratio. vbi primum Eleazarum ad ſacra conſpicimus ſtola ac veſtibus quibus vtitur indutū & ſua gloria aſtantem/ et precioſorum lapidum fulgore nitētem. Aurea namq; tintinabula in circuitu veſtimēti eius appenſa/ ſuauem concentum reddunt: interq; punica mala/ miro colore varijſq; floribus vnumquodq; diſtinguit. Cingulū ſupra pulcherrimis coloribus intextum perq̄decenter ſtringitur. ſupra pectus quod rationale dicunt pendet: in quo duodecim lapides varij generis auro illigant̄. quibus cuiuſcūq; tribus principum nomina/ quę in initio fuere ſcripta ſunt. ſpecies natiui coloris inenarrabilis. caput cidarin/ vt appellant) ornatur. ſupra quod mitra decore incōparabili erigitur: regium decus præferens. Ex qua dependet lamina aurea frontem ad ſupercilia operiens: vbi ſacris litteris dei nomen inſcribitur. cōſpectus profecto ſummę glorię plenus: ac tāto miniſterio dignus. tātus enim huiuſmodi ornatus fulgor emanat: vt horrorem intuentibus/ turbationemq; incutiat/ referatq; ve-

De aquis piſcinarum

Eleazarus inductus.

nientis ad ſe hominis ſpecië. At ſingulorum conſpectus adeo
inenarrabilis decoris pulchritudo mentem ſuſpendit: vt illo-
Arx hieruſalem.
rum queq; animum in ſui conſiderationem rapiat. Hinc ad
contemplandã arcem conſcendimus: quę altiſſimo loco fre-
quentibus turribus (quę et ipſe magnis lapidibus conſtructæ
ſunt) iuxta templũ cõmunitur. Et quantũ cõiectura colligere
poſſumus. veluti ipſius templi propugnaculũ. ne ſi quãdo ſe-
ditio aut tumultus/ hoſtiũue impetus ingruat: quiſpiam viã
ad tẽpli clauſtra penetrãda inuenire poſſit. Cũ & adiacẽtibus
ſpeculis/ arciſq; turribus/ tum diſpoſitis vbiq; machinis/ atq;
prerupti ipſius loci vbi muri aſſurgũt difficultate rueant. Ser-
uatur autẽ arx ipſa/ diſpoſitis in turres robuſtiſſimorũ iuuenũ
fidiſſimis excubijs. q ob bene de ſe merita patriæ plurimũ de-
beant. his arcem egrediendi nulla poteſtas datur: preterq̃ cũ
feſtus dies adfulſerit: idq; non niſi ex parte quadam ac per vi-
ces conceditur. Intromittendi quenq̃ nemini eſt facultas. Nã
ſumma diligẽtia perſpicuitateq; arcis prefectus ſi quãdo aut
rediens quis/ aut nouus admittatur: ita cũcta explorat vt fal-
li prorſus nequeat. quẽadmodũ nobis contigit: qui inermes
ac multa rogando ſoli duo vix tandẽ ad inſpicienda ſacra re-
cepti ſumus. Dicebant enim & ſacramento idem firmabant ti-
rones qui quĩgenti ad huius cuſtodiã ſemper aderãt/ ſacro iu-
reiurando adactos ne ſupra quinq; eodem tempore recipiãt/
quoniam omnis templi cuſtodia ſaluſq; in ea arce conſiſtat.
Circuitus hieruſalẽ.
qua victa nullum intereſſet templi propugnaculũ. Vrbis ve-
ro ipſius magnitudo quantũ colligere potuimus: ad quadra-
ginta ſtadia in circuitu extendũtur/ muro & turriũ diſpoſitio-
ne/ ſpectaculo digna. Earũ viarũ ſtrata quę recto tendant:
multis & opportunis diuerticulis exornãt. quippe vt ciuitas q̃
in monte conſtructa ſit multam ad aſcenſus deſcenſuſq; fa-
cilitatẽ habeat. Sicut et ad ipſos viarũ exitus trãſcẽſ⁹ quidã:
per quos preſtãtiores altius incedãt/ cũ alijs depreſſius eatur/
& maxime ad primores vias. ne qui ſacra ferunt: immun-
dorum contactu intereundum polluantur Quare non iniuria
hanc vrbem maiores talibus dimenſionibus ſituq; condide-
re: ſapienter locum captãtes. regio enim lata et pulchra: hic
ad Samaritas finitimoſq; Idumeos apertis cãpis extenditur/
illic conſitis collibus & cultu leticiæq; cõmodis ſe erigit. Ex
quo euenit vt cum prouincia omnis ferax ſit/ & ſummo agri-
colarũ ſtudio excolatur/ cuiuſq; generis fructu abũdet. Ciui-
tates nãq; quęcunq; magnitudine excellunt/ & fœlicitas aſſe-
quitur: ocio torpeſcere ſolent/ & agros negligere propter fre-
quentes voluptates/ quibus illecta iuuẽtus atq; luxui dedita/

effœminatur. Quod quidē Alexādrię maxie accidit: quādo & magnitudine & fortunis lōge excellit. ſiquidem iuuentus ex agro in vrbem confluens. vbi voluptatū dulcedine diſtrahitur/atq; operum ſuorum oblita/reſidet. Quā ob cauſam Rex inſtituit: ne homines in ea diutius moratētur/ neue qs ſupra viginti dies domo abeſſe poſſet. idq; non niſi vrgentiū negociorum gratia tribuit: in quibus ne lōgius tempus tereretur/ controuerſię omnes in lites intra quintum diem decerni finitiq; iuſſit lege promulgata: atq; iudicibus ad ea miniſtriſq; per regiones inſtitutis. ne iudiciorum lōgitudine agricolę in vrbe verſantes culturam negligerent vnde erarium diminutis agrorum tributis dāno afficiatur. Hec idcirco perſtrinximus: quoniam ſingula docente Elazaro recte cognouimus. Magnum igitur illic agricolarum ſtudiū: ingensq; culturę ſollicitudo homines habet. Nam in tanta populari multitudine & arboribus conſita regio eſt / & frumento abundans vbiq; vitet. veſtiuntur vineis colles. palmarum ad hęc & glandiferarum arborum multitudo in regione numerari non poteſt. pecoribus quę innumera poſſident: vberrima paſcua tondentur. Quapropter recte animaduerterunt loca huiuſmodi multitudini opportuna. vnde & vrbis apparatum et pagorū frequentiam cōmodiſſime diſpoſuere. Eo preterea imenſa aromatum & precioſorum lapidū auriq; copia ab Arabibus affertur. prouincia enim negociationibus apta ſe ſingulis velut emporium preſtat. & vrbis opificum multitudine abundat. Nam neq; vllius rei quę mari aduehitur indiget: quando opportuni illi portus propius aſſunt. apud Aſcalonem Ioppem & Gazam atq; item ab Ptolomaide quę a rege condita eſt ciuitas. plurima comportātur. Vrbs vero ipſa ſic in medio horum quos diximus locos ſita eſt. vt non longe a ſingulis abſit/ex quibus cuncta facili curſu accipiat. Cū preſertim vniuerſa in circuitu regio/lōge lateq; culta: magnam preſtet ſecuritatem. circunfluit prouinciam Iordanis perennis fluuius/ qui ab ortu ipſo decurrens non minus ſexaginta milia paſſuum ambit. In huius fluminis vberiori ripa. poſterioribus tēporibus robuſtiſſimi iudeorum numero ad ſexcēta milia tracto amne/ agrū obtinuerūt. Ad hęc fluuius ipſe eſtiuis mēſibus plenior factus: eodem modo quemadmodum et Nilus agri plurimum inundat/ ingreditur inde & aliud per ptolomaidē flumē: atq; vna ī mare exit. Sunt & plures quoq; torrētes qui Gazā verſus atq; Azotū erūpētes: ꝓuinciā omnē irrigāt. Securitatē vero ꝓuinciæ natura ipa ꝑſtat locorū aſpitate.

Eo eā ob rem.

Iordanis fluuius.

Nam montibus vndiq; circunſcripta regio: hinc abſciſſis ru-
pibus fluēnumq; cōcurſu effoſis vallibus clauditur/illinc im-
plexis aliiſq; anfractibus ſic vbiq; choartatur/vt vix viaton-
bus per anguſtos calles tranſitus pateat. fertur & in mōtibus
Arabiæ adiacētibus/æris ferriq; metalla effodi ſolita. Sed poſ-
ſtea dum Perſæ rerum potirentur: huiuſmodi ratione dereli-
cta ſunt veluti inutilis & ſumptuoſa eſſet effoſſio. hanc enī cō-
tumeliam incolæ loci confinxerūt ne et regio foſſoribus ſub-
rueretur/ neue ea occaſione inuentis apertiſq; faucibus/ ex-
ternis inde aditus in regionem aperirētur. Sed de his hacte-
nus: quę ob cognitionis facilitatem carptim ad te perſtrinxi
Philocrates frater. Deīceps quę ad interpretationē ſunt ape-
riam. Eliguntur igitur viri optimi et doctrina preſtantes om-
nes claris parentibus orti: non iudaicarum tantū litterarum
eruditiōe excellētes ſed qui gręcam quoq; linguā multa me-
ditatione excoluerint. Q uapropter ad legationes commodi
ſemper paratiq; aderant/munuſq; huiuſmodi ſi quādo res poſ-
ſtulat ipſi obrunt. Conciones etenim et de lege interrogati
reſponſa: mira facilitate peragunt/et ad dicendū & ad iudicā-
dum prōpti. Atq; qui omni iā exploſa barbarie ipſi iocūdiſſi-
morum morū ſuauitate ꝑditi: vitæ atq; ordinis mediocritatē
quandam/ quod quidē pulcherrimum eſt/ ſequuntur/ hac vna
in renitentes cæteros ſuperare: vt et prudētia et doctrina vin-
cant. hoc enim illis eſt ſtudiū/hoc perquirunt/in hoc viribus
omnibus enituntur ſcilicet vt cōſuetudine inter æquales/mi-
tes audiendo reſpōdendoq; alius alii preſtet. Cum quiſq; ſuo-
rum prīcipatu propter virtutē dignus habeatur operepręciū
eſt cognoſcere quanta pietate Eleazarum obſeruent/ quātoq;
illos amore et ipſe proſequatur. Nā vt prætermittā eius ad re-
gem litteras pro eorum reditu: multa inſuper rogando/ ho-
mines Andreæ cōmendabat/vt omni conatu in eorum gra-
tia ageremus. Cui cum reſpondiſſemus curæ omnia nobis fo-
re: ꝓpterea animo quieſcere. Immo inquit et lōge animo an-
gor. Noui enī regem virum diligētem et bonorum amatorē:
quantaq; induſtria preſtantes viros inquirat/ adeo vt nichil
potius ducat q̄ ad omnia loca mittere: vbi acceperit egregiū
quēpiam hominem/ vel diſciplina vel prudentia ſingularem.
Nam illum quoq; dicere ſolitum audiui & recte quidē/in hoc
magnum regni eſſe tutamen & robur: circa ſe q̄plurimos vi-
ros habeat iuſtos & prudentes qui quocūq; caſu in amicorū
cōmodum conſulant. Quod quidem in his expertor: qui ab eo
mittuntur. Exin iureiurando affirmat ſeſe huiuſmodi homi-
nes minime miſſurum/ſi propria quędam ingruat neceſſitas:
ſed ob cōmune ciuium cōmodum/pro quo omnia pati poſſit

nichil negare audere. Nam etſi recte viuẽdi norma in mãdatorum obſeruatione conſiſtat: id tamẽ rerũ cognitione multo rectius perficitur q̃ ſimplicitate aſſequatur. his igitur atq; huiuſmodi pluribus claruit: quo ille animo erga tales viros aſſiceretur. Dicẽdũ eſt quoq; breuiter de iis quę interrogatus a nobis Eleazarus diſſeruit. Nam cũ magna in lege habeat obſeruatio de cibis & poculis: & his aĩalibus q̃ ĩmunda putantur. Idcirco interrogauimus quando õnia vna creatione ſubſiſtant. qua ratione q̃dam vt immunda ad eſum tactumq; reiiciãtur/ quę plurima legis inſtitutio habet. in his profecto infœliciter. Ad ea ille. Nõ cernis, inquit, quã vim habeat cõſuetudo ad recte viuẽdum/ qualeſq; rerum mutationes afferat: atq; vt qui malis cõuerſantur facile corruptis moribus in procliue labantur: fiantq; per omnẽ vitã miſeri/ qui vero ſapiẽtibus & prudẽtibus aſſueſcũt: ex inſcitia qua tenentur in rectum bonũq; mutati vita fortunãtur. Aĩaduertẽs igitur hęc noſter Legiſlator: cunctaq; ad pietatẽ atq; iuſticiã intẽdens: ſingula nõ ſermonibus tantũ docuit/ ſed exemplis quęq; demonſtrans/ mala prohibuit/ ante oculos ponens cuius quęq; gratia a deo creata ſint. demonſtrat omniũ primũ/ quoniã ſolus ſit deus: cuius potẽtia cõſtent ſingula & regantur/ ipſeq; locis omnibus adſit/ ſine quo nec minimũ quiddã ſubſiſtat. nichilq; eum lateat: eorũ q̃ in terra ab hoibus vel clanculum gerant, ſed ſingula q̃ aut ſecũ agat quis/ aut cũ alio cõtrahat: aperta illi atq; ante oculos poſita eſſe/ futura ſeu p̃ſentia intueri. Hęc igitur omni ſtudio peragẽs: id maxime oſtendere cutitur. vt ſi quando quis in malum adducitur: haudquaq̃ ſe latere intelligat. neq; aliud quicq̃ per totã legem animo intẽdit niſi vt dei potentiã oſtẽdat. his igitur ab ipſo initio/ intẽtus demõſtrat cęteros mortales qui plures arbitrãtur eẽ deos: q̃ potentiores ſint ipſis diis/ quos fatuitate quadã colunt. ſimulachris eni aut ex lapide aut ligno fabrefactis: eorum illa eẽ formas dicũt q ſuis inuẽtis vtilitatem aliquam ad cõmunẽ viuendi vſum attulerũt. hos genibus aduoluti/ atq; extra ſeſe poſiti ſublato animo adorant. Quod ſi quis quale eorũ ſit inuentũ roget: ignari prorſus quoddã natura productũ veluti p̃clarã illorũ cõpoſitionẽ afferãt/ quã ipſi nõ fecerit. Qua in re vani nempe & ſtolidi cõprobantur. Nam & nũc multo quidẽ doctiores & ad inueniẽdum prõptiores elegantioreſq; plures inueniũtur q̃ priores illi fuerint: neq; hos tamen venerantur vt deos/ quanq̃ harum rerũ factores & ſcriptores gręcorum ſapientiſſimi honore dignos putent. Quid enim Aegyptios/ atq; his finitimos referam/ aliis lõge ſtultiores: quorum alii feras/ alii reptiliũ inſenſatorum plurima ſibi cõſtituerũt/ quę colerent/ quę adorarent: quibus & viuis & mortuis victimas

cederent. Sapiens itaq; legiſlator atq; a deo in cognitionem omniũ inſtitutus ſingula reuolues/nos vallo infrãgibili/muriſq; ferreis circũſepſit: vt animo innoxij & corpore mundi/ nulla gẽtiũ prorſus immiſceremur. ac vanis opinionibus abiectis ſolũ deũ: qui ſupra omnes creaturas poteſt coleremus. Quãobrem Aegytiorum ſacerdotes/ populi principes: q etſi multis aberrent/tamen in quibuſdã nobiſcũ cõueniunt. Nos quidẽ homines dei appellãt: quoniã nõ ſic cæteris cuenat/vt ſecundũ veritatẽ dei cultores exiſtant. ſed homines menſis poculiſq; & vmbrę dediti (quod õne illis eſt ſtudiũ) ventri tãtum indulgeãt: q quidẽ noſtrũ curat nemo. Immo per omnẽ vitã in ſola diuinę virtutis cognitione verſamur: ne vlla re polluti neue vanis cõuerſantes in crimẽ labamur/ vndiq; nos puritate cõmuniuit/ cũ ad eſum & potũ/ tũ ad tactũ/ auditũ atq; viſum. vniuerſa enĩ ad phyſicã rationẽ referens/ queãd modum cuncta vna potẽtia ſubſiſtant: ſic & in ſingulis alto ſenſu inſtituit quibus vteremur/ & quibus abſtineremus. vt exẽpli gratia vnũ aut alterũ percurrã: ne ſimplicia tantũ verba inſpiciẽs/arbitreris muriũ aut muſtellæ & ſimilium cauſa/ Moſem tantopere in ferendis legibus elaboraſſe. ſed ad mundiciem contenplandã/ emendandoſq; mores: ad bene recteq; viuendum cuncta pereleganter inſtituit. Volatilium nanq; quibus quotidie veſceremur: illa tribuit/ q manſueta & puritate a ceteris ſeiũcta/ frumẽto ac ſeminibus alerẽtur. vt ſũt colũbæ/turtures/pauones/ perdices/ anſeres/ ac cetera huiuſmodi. Aues vero quarũ vſum ꝓhibet: feras eſſe inuenies/ & quę carne paſcãtur/ queq; ſuperbiẽtes raptriceſq;/ ſuis in alias viribus illatę nuſq̃ cibũ queritant/ niſi aliarũ auiũ dãno & iniuria/ ac maxime manſuetarũ. nec ſolũ in aues inuehuntur/ verum & agnos & edos rapiunt/ homines viuentes adhuc/ & exanimes cõtumelia afficiũt. Igitur tranſlatione quadam ab his & ſimilitudine vſus legiſlator: ea ĩmunda nominauit. quoniã vellet ſingula ad cõſiderationẽ/ & mentis puritatẽ referri: atq; vt quiſq; quotidianis exẽplis monitus intelligeret/ iuſticia & ęquitate vtendum/ neue ſuperbiendo aut rapiẽdo quicq̃ omniũ lędendum eſſe/ quanq̃ viribus plurimum valeas ad recte vitam deducendam. viuendũq; eſſe quemadmodum ille (quas prędiximus) aues. quę ſeminibus nutem vitam degũt/ nec noſtri gñis queq̃ inleq/ rapere/ turbare debere veluti ea aĩalia faciũt q ad eſum prohibet. Nec vi vlla in re agẽdũ/ nec viribus fidẽdũ eſſe demõſtrat: iis qui ſenſu omnino nõ carẽt. Tenetis igitur inquit cauſam cur nos ab eorũ (q prędiximus) vſu prohibuit: propter eã ſcilicet ĩclinationẽ q ſingula habẽt. vt vero omnibus in rebus quibus aſſueſcimus ad emẽdandos firmãdoſq; mores ab ipſis brutis intẽderit: aduertite.

Nam quod p̄cepit nos his quadrupedibus/ veſci quibus duo
ſunt labia/& vngulas findunt: ſignū eſt vt nos quoq; opera=
tiones noſtras ad rectum/bonūq; partiamur. ſic omnia diſtri=
buendo his ſignis nos/ad iuſticiā intendere coegit. propter
quod etiā a ceteris gētibus diuidimur: ne illorū cōſuetudine
criminibus polluamur. Gentium nāq; pleręq; ſibiipſis cōmi=
ſcentes: magna impietate ſedātur. his prouinciȩ & ciuitates
omnes deturpatȩ: nō ſolū mariū cōcubitores ſuſtinuere/ſed
parturientiū etiā ſanguine inquinatȩ/a filiarū inſuper inceſtu
nō abſtinent/a quibus nos lōge ſeiūgimur. Vbi vero diuiſio=
nis locus ſignatur. circa eūde & reminiſcēdi charactere āmo=
nemur. Nam quādocūq; ſcribitur quȩ vngulas findunt. addit
& ruminant. Ex quo manifeſto admonemur. ea ōnia ad earū
rerū quas gerimus memoriam referēda. Nam quid profecto
aliud ſibi vult illa ruminatio. niſi vt aſſidue quadam vitȩ &
geſtorum noſtrorū recordatione cuncta animo recurſemus/
voluamuſq;. Arbitramur eni/cibo vitam ea maxime de cauſa
ſuſtētari: quo eius ruminādi ſimilitudine geſta noſtra medi=
taremur. Cuius rei gratia & per ſcripturam inquit memoria
recordare dei qui fecit in te magna & mirabilia. Quȩ profe=
cto ſi cōſideres. magna mirādaq; apparent. Primo quidē cor=
poris cōpago/alimēti tranſfuſio/ ac ſingulorū mēbrorum di=
ſtributio/& mira q̄dam cōnexio. Verum maiori lōge admira=
tione digna videbūtur ſi ad vnūquodq; ſenſuum compoſi=
tionē aduertas/ ſi quȩ ſint mētis actiones/ & motus inuiſibiles
cōſideres. vtq; quaq; in re ingenij acumē/perſpicacitaſq; elu=
ceat vnde innūerabilium pene artiū inuentio prodijt. Quas=
propter recte iuſſit meminiſſe. quēadmodū huiuſmodi omnia
diuina potentia & fabricatione perfecta ſint / atq; vt ſingula
tēpore & loco circūſcripſit/in e moriā ſemper reuocās ad cōſi=
derationē dominantis omniū/& perfectoris dei. Etenī/vt a
mēſis poculiſq; incipiamus: recte iuſſit tūc deū laudare/cum
mēſæ accūbimus. in qua quidē nec aliquid ad cōfabulādū cō=
ceſſit: quod diuini numinis memoriā abijceret. Simili quoq;
ratione ſupra portas& hoſtia ea eulogia figere inſtituit. q dei
cogitationē mentibus innouarit. Apertiſſimo enim id ſigno
oſtedit: omne ſtudiū noſtrū ad ęquitatis puritatiſq; memoriā
referri oportere. Atq; in ōnibus dei timorē ante oculos ver=
ſari p̄cepit & cū diſcūbimꝰ & cū aſſurgimꝰ dei fabricā nō ſolū
verbo/ ſed veneratione laudare/ illarū rerū perpetuū motū
meditātes vtq; diuina ſit & incōprehenſibilis harū rerū al=
ternatio. Sic igitur breuiter demōſtrata eſt partiēdi/ remini=
ſcendiq; ratio. veluti prepoſuimus eorum quæ vngulas di=
uidunt & ruminant. Neq; enim vanum quicq̄ ad animum

De aiabus findentibꝰ vngulas & ruminanti bus.

h iij

reddidit. verũ hac dicẽdi vſus figura: ſingula ad veritatẽ ac-
comodauit. Nũc vero q̃ guſtu audituue percipiuntur: refera-
mus. Nã ne qd agas ne quid audias/ aut dicẽdi flumine fiſus/
ad iniqua labaris. eadem ſimilitudine admonuit. quod quidẽ
& in pecorũ conſideratione inſpicere licet. Sũt enim peruer-
De mure. ſorum morum muſtelle & mures/ atq; his ſimilia animantia:
quorum cõtactum prohibuit. Nam mures cuncta fedãt/ ma-
loq; afficiunt: & homini quidẽ nõ modo ad eſum perniciosi/
De muſtellis. ſed nec vlli prorſus vſui vtiles ſunt. Muſtellę autẽ propriũ eſt
genus & ſupra ea q̃ diximus)vt eſt ad deturpanda õnia im-
mundũ. Auribus preterea cocipit. quę ore pturiat. qui mos
hoĩbus pernicioſiſſimus ẽ: vt quę ipſi auribus accipiãt/ eadẽ
verbis exaggerãtes maioribus malis inuoluunt/ iſtanteq; tur
pitudinẽ omnibus ipſi modis auctã iniq̃ fedant. Quapropter
recte rex veſter huiuſmodi homines (ſicuti accepimꝰ) ſuppli-
cio tollit. Hic equidẽ inquam emplamiſtas te dicere arbitror.
Illos enim iudicijs/ ſupplicio/ fedaq; nece/ aſſidue inſequitur.
Ille hos ipſos iniquã refero. Nam eorũ inertia pernicioſa: vi-
ris perditio eſt. Iubet nãq; lex noſtra: nec ſermone nec opere
quenq̃ malo afficias. Sed de his ad te/ hęc paucis dicta ſint:
quo intelligas noſtra omnia/ lege ad iuſtum/ rectumq; dirigi.
neq; quicq̃ aut decenter minus/ aut ex animi impetu factum:
ſacris in litteris admitti. verũ vt per omnẽ vitam ac vniuerſis
operatiõibus noſtris erga omnes homines mites/ iuſteq; cõ-
uerſemur/ dominantis dei nuſquam obliti. De cibis igitur &
immundis reptilibus atq; pecoribus/ vtq; ad iuſticiam atq;
rectos hominũ mores omnis intendat ſermo: michi quidem
recte dixiſſe viſus eſt. Addidit inſuper & de oblationibus vi-
tulorum/ arietum & hircorum/ multa diſſerẽs: quẽadmodum
illa ex armentis gregibuſq; aſſumentes/ manſueta animalia
deo cedant: nichilq; ferum mactent. ne qui ſacris adolent/ vi-
ctimaſq; faciunt: elarum quid ſibijpſis proponentes/ animo
eleuentur. ſed victimarum manſuetudine exemplo moniti:
humiles & omni mẽte in deum intenti/ ſacra peragant. Ha-
ctenus hæc ad te ſcripſi Philocrates memoratu digna. pro-
pter eam quę tibi ineſt diſcẽdi cupiditatem. quo ex his pau-
cis: totius legis maieſtatem/ phyſicamq; eius meditationem
perciperes. Sed iã redeamus: vnde digreſſi ſumus. Eleaza-
rus ſacris prius de more peractis: viros quos ad regẽ mittat/
deligit. pręclara inde munera regi accumulans: nos tuto iti-
nere quietos dimittit. Poſt vbi vero Alexandriam venimus/
annũciatuſq; eſt regi aduentus noſter: extemplo Andreas &
ego in atriũ admiſſi/ regẽ comiter ſalutauimus/ reddidimuſq;
ſimul & ab Eleazaro epl̃as. Ille qꝫ maximi faceret rem ſibi ſe-

Digitized by Google

cundam in impetrādis hoībus euenisse/ſeqꝫ voti cōpotē fa
ctū gauderet. ceteros qui multi negociorū cauſa aderant ex=
cedere iubens/viros acutū aduocat preter omniū opinionē.
Eſt enim mos genti: ne legatorū quiſq̄ in regis conſpectū ad=
mittatur: etiā ſi propter negocia miſſi redierit. Regū vero &
excellentium vrbiū legationes: vix trigeſima die in atriū re=
cipiuntur. Ac deinceps habita ratione pro dignitate eorū qui
miſerint & preſtātia. Rex itaqꝫ emiſſis omnibus quos minime
neceſſarios duxit: reſtitit deambulās/ donec veniētes ſe ſalu=
taſſent. Hi poſteaq̄ cū muneribus & diuerſis pellibus in qui=
bus diuina lex aureis litteris hebraico ſermone conſcripta
erat/& mēbranarū tenuitate que īter ſeſe quadā ligaturæ ex=
cellentia conſtringerent/ exornabatur/ rem viſu mirabilem:
intromiſſi in regis conſpectu ſteterūt. Rex ſedulo in eos ver=
ſus/ vt primū viros circūſpexit: de libris īterrogat. Cum autē
illa inuolucra aperuiſſent/explicuiſſentqꝫ mēbranas: diutius
heſit Rex/ ſeptieſqꝫ adorās. Gratiā īquit vobis habemus viri/
maiorem ei qui vos miſit: maximā vero deo/ cuius eiuſmodi
verba ſunt. Acclamantibus autē viris & ōnibus qui vna ad=
erāt voce ſimili applaudētibus: ipſe pre gaudio lachrimis ef=
fuſus eſt. pfuſa enī exhilaratio/& honoris ſublimitas: lachri=
mas etiā nolētibus excutit. Hinc admonēs/ vt libri in ſuū or=
dinē redigerent/ viros/ ſalutās ait. Aequū erat viri vt quorum
gratia vos aduocaſſem/ illos primū venerarer: atqꝫ inde vobis
dexterā prebere. ppter quod id primū egi: hec vero dies per
omne vitæ tempus magna michi ſēper in annos erit et cele=
bris in qua & vos michi adfuiſtis/ & euenit vt aduerſus an=
tigonum nauali prelio victor euaderem. Quapropter & vos
quoqꝫ hodie vna mecū cōuiuio letari volumus. pricipes mox
adeſſe. inter quos & me diſcūbere dignatus eſt/ & omnē edi=
um apparatū quo vtitur depromi īperat. iubet & viris diuer=
ſoria ꝗornatiſſima/ & atri proxima ſterni mandat & conui=
uium ꝗopulētiſſime apparari. hic Nicanor medicorū priceps
dorotheum huiuſmodi rerū ꝑpoſitū aduocans īperat: vt ōni
promptitudine que vſus decuſqꝫ poſtulat/ in ſingulos expedi=
at. Etenim ſic a rege inſtitutū erat quēadmodū & nūc quoqꝫ
cernere licet. vt quotcūqꝫ ciuitates ad prebēda cibaria pocu=
lēta & lectiſternia præparate ſunt: totidē earū rerum prefectos
habeāt/ qui regibus aſſiſtant/ hoīes nulla in re moroſi/ quiqꝫ
ſi quando opus ſit/ neceſſaria exornent/ & multa cū hilaritate
illa proſequantur. Quod quidē in his maxime factū eſt. Nā
Dorotheus vir in huiuſmodi rebus dexter profuſuſqꝫ/ cū ſibi
talium virorū cura demādata eſſet: vniuerſa que in ſua pote=
ſtate continebantur/ in tales vſus pridē preparata/ magnifice
depromit/ perhumaniterqꝫ cuncta exornās/ thoros cuiqꝫ pro

regio imperio diſtribuit. Iuſſerat enim rex eorũ partem medi-
am corã ſe reliquos iuxta ſui ipſius ſoliũ diſcũbere: nichil p̃-
termittens quod ad hominũ honorem ſpectare arbitraretur.
poſtea vero q̃ cuiq; ſuus ſtratus eſt thorus: p̃cepit rex Doro-
theo/ vt omnibus qui a iudea venerant/ conſuetas ex patrio
more dapes/ & quicquid concupiſcant/ prebeat/ deq; cuncta
abundanter ad oblationes & ſacra/ atq; alia vota peragenda
ſicuti gẽti mos eſt. his peractis/ primũ oĩm Eleazarũ virũ gra-
uẽ ac õnibus qui nobiſcũ venerãt ſeniorẽ: vota facere rogãt.
Ille/ vt erat venerãdus/ ſtãs (inquit) impleat te rex bonis om-
nibus quę fecit omnipotens deus: deq; tibi vxori et liberis/
& amicis ea õnia ĩmota eſſe per omne vitæ tẽpus. Eo adhuc
dicente: ſequitur diuturnior/ cũ clamore plauſus/ gaudij et
exultationis plenus. moxq; rebus iocunditate multa prepa-
ratis. in leticiã vertũtur: miniſtris queadmodũ iſtituerat Do-
rotheus feſtiuiſſime cuncta prebentibus/ inter quos & regij
liberi & honoratiſſimi quiq; miniſtrabãt. poſt vbi vero tẽpus
ſermoni oportunũ viſum eſt: rex per ĩterualla quædã (vt om-
nes ordine ſecundũ ętatem aſſederãt) eum qui p̃rimo loco di-
ſcubuerat/ interrogat/

¶ Quonãpacto regnũ incolume/ in finẽ vſq; conſeruet/
ILle parumper cunctatus inquit. hoc maxi-
Queſtio. 1 me modo regnum optime diſpones: ſi dei
manſuetudinẽ in rebus oibus imitatus/ pa-
tientia ac longanimitate vteris. extolleſq;
dignos: elatos autẽ affabilitate/ ex malo in
pœnitudinẽ traduces. Eo collaudato: rex
proximũ rogat. ¶ Quemadmodũ iuſte ſin-
Queſtio. 2 gula pficere poſſit/ ¶ Reſpondit ille. Si in
rebus õnibus ſeipſum obſeruet: omnia eũ recte acturum/ & ſi
conſideret omnem ſenſum a deo eſſe/ proponatq; ante omnia
dei timorem. nulla in re aberrabit. Hunc maxime laudatum
dimittens: tertium dicere hortatur. ¶ Quomodo amicos: ſui
Queſtio. 3 ſimiles habeat/ ¶ Qui ait/ ſi intelligent te multa meditari in
ſubiectorum populorum cõmodũ. & tu id facias conſiderans
quemadmodum et deus genus humanum bonis afficiat/ va-
litudinem illis/ et vitæ alimẽta/ atq; alia cũcta oportunis tẽ-
poribus prębens. Atteſtatus quoq; & huic: ad alium qui illi
aſſederat iquit. ¶ Quonãmodo in negocijs ac iudicijs pera-
Queſtio. 4 gẽdis delictiſq; puniendis bonam aſſequatur famam/ ¶ Tũ
ille. Si omnibus te æquũ ratiõe prebueris inquit/ et nichil ſu-
perbe/ nichilq; pro potentiæ tuę viribus contra delinquentes

ages. Id autem aſſequeris: ſi dei diſpoſitionem inſpicias. qui
dignis ſua vota pficit. peccãtibus vero vel per inſomnia vel
opere demonſtrat/quid illis nocitum ſit, neq; ſecundũ eorum
peccata: neq; pro magnitudine viriũ ſuarum homines cedit/
ſed mãſuetudine vſus corrigit recte. Et hoc quoq; collauda-
to. deinceps poſtulat. ¶ Vt in rebus bellicis inuictus exiſtat?
¶ Qui reſpõdit: ſi nõ armis ſi non potentiæ ſuę fidat: ſed de- Queſtio, 5
um ſemper imploret vt iuſte agendi ſibi conſilia dirigat. hu-
ius dicta recipiens: alium inde petens poſcit. ¶ Quemadmo-
dum inimicis formidoloſus ſit? ¶ Qui ait. Si armis & exerci- Queſtio, 6
tu/multoq; veluti ad bellum apparatu inſtructus fueris: ea ta-
men omnia diutius ceu vana priuſq̃ his vteris/ detineas. nã
& deus ipſe anteaq̃ maieſtatis ſuę trepidationem incutiat in
ducias quaſdam prębet. Ex iis omni apparatu: mentes deter-
ret. Et hunc item collaudatum dimittens: alium interrogat.
¶ Quid ſibi optimum in vita ſit? ¶ At ille ſi cognoſcat (in- Queſtio 7
quit) quoniã deus mortalibus dominetur atq; vt ad optimas
quaſq; operationes non per noſipſos conſilia dirigamus. de-
us enim qui cunctis dominatur: omnium opera perficit et de-
ducit. Annuens & huic: aliũ ordine reſpõdere iubet. ¶ Quo-
modo recte omnia ſeruãs et illeſa: eãdẽ filiis ſtatum tradat? Queſtio 8
¶ Tum ille: ſi deum (inquit) aſſidue imploraueris: vt rectos ti-
bi ſenſus ad ea quę in poſterum peragẽda ſunt tribuat. & fi-
liis imperaueris/ ne gloria/ diuitiiſq; ſuperbiãt. ſed arbitrẽtur
deum benignitate ſua cuncta illis elargiri/ neq; per ſeſe ali-
cuius rei ſubſtantiã poſſidere. Ei atteſtatus: rex ab alio petit.
¶ Vt bonam & malam famã æquo animo ferat? ¶ Ad ea ille Queſtio 9
ſi tibi ipſi ppoſueris inquit. cũctos mortales ſic a deo eſſe crea-
tos/ vt maximis malis iactari/ bonis rurſus afficiantur. neq;
quiſq̃ omnium ſit. qui huiuſmodi alternationem effugere va-
leat. deus enim implorandus eſt qui tranquillitatem tribuat.
Approbans & hunc. recte inquit omnes reſponderunt. Sed
quando vnum deinceps qui adhucupereſt/ interrogauero:
hęc ad pręſens prętermittam vt ad letitiam verſi/ reliquum
huius diei iocũdiſſime tranſigamus. Deinde ſex qui ſequen-
tur dies: ea quę modo prętermittuntur addiſcemus. his ſimul
dictis. virum interrogat. ¶ Quis fortitudinis ſit finis?
¶ Ille/ ſi quãdo periculoſa imminent ait in rebus aggredien- Queſtio 10
dis: recte quis conſuluerit & cõſulẽdo propoſitum aſſequatur.
Tibi enim recte vtiliterq; conſulenti: deus cuncta perficiet.
hic acclamantibus omnibus & plauſu virum collaudanti-
bus: Rex in philoſophos verſus inquit (non enim pauci ad-
erant) Arbitror equidem hos viros virtute excellere/ ac plu-

rimũ intelligere: qui talibus rogationibus ex tẽpore tam de-
center reſponderũt. dicendi initiũ a deo õnes aſſumentes. Ad
ea Menedemus eretrieus philoſophus/ profecto rex ait cũ ho-
mo diuinũ ſit opus/ quod quidẽ et totius mũdi fabrica mõ-
ſtrat: recte ſequitur/ vt omnẽ virtutis & ſermonis ſui pulchri-
tudinem principiũq; a deo deducat. his vbi rex annuit ĩ io-
cunditatem cũcti verſi/ cõuiuiũ ſũma feſtiuitate in noctẽ vſq;
protrahunt. Poſtridie eodẽ ordine menſæ parãtur/ cõuiuium
tralutur. Cũ vero tempus ad rogãdas ſententias accõmodũ
adfuit: rex eos interrogat/ qui deinceps ordinẽ ſeruabant ab
illis qui ſuperiori die rogati ſentẽtias dixerant. Cœpit eni ab
vndecimo rogare: quoniã pridie decẽ reſpondiſſent. Cõticu-
erant iã õnes: et rex poſcit. ¶ Quibuſnã modis diuitias cõſer-
Queſtio. 11 uet? ¶ Ille dũ petita reuoluit/ paululũ moratus: ſi nichil inqꝫ
indignum regno tuo/ neq; flagitioſe ages/ neq; ĩ vanis rebus
& incõmodis/ ſumptus facies/ & erga populũ tuũ te benefi-
cum benignũq; prebueris. Etenĩ deus bonorũ omniũ quem
ſequi oportet: largitor eſt. hoc collaudato. Sequẽte ediſcere:
Queſtio. 12 hortatur. ¶ Quãdo veritatẽ colat? ¶ His ille reſpondit/ ſi co-
gnoueris q̃magnũ dedecꝰ mẽdacia mortalibus oibus afferãt/
& multo maiorẽ notam regibus inurant. Nã qnando ea po-
tentia ſunt/ vt q̃ volunt facile perficiant: cuius rei gratia mẽ-
tietur? Oportet etiã te cõſiderare Rex: vt deus amator veri-
tatis exiſtat. Hũc quoq; valde approbans: in proximum re-
Queſtio. 13 ſpiciens inquit. ¶ Quę eſt diſciplina ſapientiæ? ¶ Tum ille/
quẽadmodũ iquit te expertẽ optas/ & õnibus bonis abũdare
ſic hoc ipſum in ſubiectos tibi populos & delinquẽtes ſerues/
ſi optimates preſtanteſq; viros humanius cõmoneas. Etenim
deus manſuetudine cunctos fouet. Annuẽs huic: ab alio po-
Queſtio. 14 ſtulat. ¶ Quonãmodo clemẽs/ benignuſq; ſit? ¶ Ille ſi cõſide-
tes ait/ q̃ longiori tẽpore quantiſq; & q̃magnis calamitatibus
oriatur genus hominũ/ alatur/ nutriaturq;. Vnde neq; in eos
temere animaduertẽdũ: neq; accuſandi ſunt. ſi reuoluens in-
ſuper vt omnis hominũ vita doloribus ſemper & ſupplicus
exagitẽtur: ſingula intelligẽs in miſericordiam profecto ver-
teris. Nam & deus miſericors eſt. Suſcipiẽs & hunc: deinceps
Queſtio. 15 ordine interrogauit. ¶ Quid in regno potiſſimũ obſeruandũ
ſit? ¶ Cõſeruare inqꝫ ſe a muneribus incorruptũ. atq; magnã
vitæ partem inuigilare/ iuſtitiãq; ante õnia colere/ & huiuſ-
modi amicos ſibi cõpatare. Iuſtos enim deus amat. Annuens
et huic: ab alio petit/ vt ſe doceat. ¶ Quid ſit pietatis robur?
Queſtio. 16 ¶ Tum ille cognoſcere ait/ quia deus õnia ſemper operatur/
& videt. neq; eum lateat quiſq̃ iniuſta faciens/ neq; perperã
agens. vt enim vniuerſum orbem deus bono afficit: ita & tu

ſi eum imitaberis/ nuſq̄ aberrabis. Applaudēs & huic:alium
rogat. ¶ Quis ſit regnandi modus/ ¶ Ad ea ille recte inquit/ Queſtio 17
ſeipſum regere: neq; copia/ neq; gloria elatus ſuperbū inde-
ceſue cōcupieris. ſi recte ratiocinatus fueris ſi cūcta tibi ade-
runt quaſi nihil ſint. deus enim māſuetus eſt & nullius egēs.
quod tu pro humanis viribus cōſidera: neq; multa ad regnū
appetas. Laudans & hūc:alij vt differat ſuadet. ¶ Quemad-
modū optima eligat. ¶ Reſpōdit ille/ ſi iuſta ſemper tibi pro- Queſtio 18
poſueris arbitreriſq; nūquā vitę priuationem. Nam & deus
ſemper iuſtis elegantiſſima bona pręparat. Hoc collaudato: a
ſequente poſtulat. ¶ Quomodo inſomnijs quietus ſit. ¶ Hic Queſtio 19
ille/ rem dictu difficilem petis inquit. Nā in ijs q̄ mētem per
inſōnia agitāt: haudquaq̄ obſiſtere poſſumus/ ſed ſenſu quo-
dāmodo irrationabiliter ducimur ex huiuſmodi rebus q̄ ac-
cidere ſolent & videmus. videmur enī quādoq; pelago ferri/
nauibus traijcere/ nūc negociari/ nūc pennis ſublati volare/
loca mutare/ & cętera huiuſmodi: q̄ minime fiant. Similiter
& q̄ maxime expetimus: ea mentē in ſomnis turbare ſolent.
Quare rex omni negocio quicquid dixeris/ quicquid feceris:
ad pietatem intendendū cenſeo/ vt teipſum ſeruans virtute
circūualeris. nec voluptate irrationabiliter pellectus/ neue
potentia fiſus: quod iuſtū eſt tollas. Etenim in quibus quiſq;
plurimū verſatur vigilans: & per quietem earūdem rerū cu-
ra hominem recurſat. Sed quando omnes rationes & ope-
rationes tuas ad pulcherrima quęq; inſtituis/ & vigilans &
dormiens: ob eam cauſam optima in te ſemper eſt tranquil-
litas. Hoc cōprobato. ad aliū dixit. Poſtq̄ tu decimo loco di-
cturus es: vbi reſponderis/ ad conuiuiū conuertemur. His ſi-
mul dictis petit. ¶ Quemadmodum nihil indignū agamus
¶ Cui ille / ſi quid te deceat inquit/ q̄due poſſis omni in re Queſtio 20
proſpexeris ne tua dignitate indecorum quicquam dicēdo/
agendoue te excidat: intelliges omnes quibus imperas de te
ſemper & cogitare & loqui. neq; enim minimū hypocritis
partes: qui ex vultus varietate mentem coniectant/ ex cuius
conſideratione indecenter cuncta peragunt. Tu vero nulla
hypocriſi deprauatus. aperte imperas/ preſtāte tibi deo mul-
ta cum dignitate morum elegātiam. Hic rex multa cum lę-
ticia diutius applaudens: homines ad quietem dimiſit. Poſt
vbi vero hęc ad illos locutus: ſe ad ſequentis diei conuiuiū
pręparauerōt. Quod cū eodem ordine ſeruato ſtructum eſſet:
vt interrogandi tempus rex adeſſe putauit/ primū eorum qui
nondum rogati fuerant/ ſententiam dicere iubet. ¶ Quid ſit Queſtio 21
in regno difficillimū. ¶ Ille/ ſibi ipſi dominari reſpondit: neq;
appetitibus efferri. Ineſt enim natura mortalibus: vt mente

ad aliquid ſemper declinent. & pleriq; ad menſas/ pocula/ voluptateſq; trahūtur in quibus multitudo maxime effunditur. At reges: ſubigendorum populorum cura ſolicitat ob glorię magnitudinem. Sed pulchrū eſt ſe omni in re metiri: & quę deus dederit ſtudio continere. Incōceſſa vero atq; iexpetibilia: ne concupiſcas. His dictis aſſētiens: proximū interrogat.
Queſtio 22 ℂ Quonāmō nemini inuideat/ ℂ Hęc ille excipiens/ ſi animaduerteris primū inquit/ deum omnibus regibus impartiri gloriā/ diuitias/ & magnitudinem: & illi imperare poſſe neminem. Nā etſi huiuſmodi glorię participem ſe quiſq̄ cupiat: haud tamen poteſt. dei enim donū eſt. Virum pluribus laudans: alium petēs inquit.
Queſtio 23 ℂ Vt inimicos ſpernat/ ℂ Tum ille/ ſi placidus ait erga omnes homines benignitatē exercueris: nullius amicitię rationē habita. Gratum vero ſe omnibus prębere: id pulchro dei munere/ quod optimū eſt cōceditur. His annuens: alium deinde reſpondere iubet.
Queſtio 24 ℂ Quēadmodum glorioſus perduret/ ℂ Cui ille/ ſi benignitate inquit/ & gratia excellens/ erga alios magnificus extiteris: gloria te nuſq̄ deſeret. quę vt tibi adſit: deus ſemper implorandus eſt. Hoc collaudato: proximū reſpondere precatur.
Queſtio 25 ℂ Erga quos habendus ſit honor/ ℂ At ille ait/ potiſſimū omnes tribuendum putant quos amice diligamus: ego vero opinor erga emulos habēdam eſſe honoris munificentiam q̄maxime gratā/ quo illos hoc pręſertim modo ad ea quę honeſta ſibi ſunt & vtilia inducamus. Oportet autem deum qui mentibus dominatur precari: vt hęc perficiat. His vbi aſſenſit: a ſexto exquirit.
Queſtio 26 ℂ Quibus gratificandum ſit/ ℂ Ad ea ille/ parentibus inquit ante omnes. etenim deus in honorandis parentibus pręceptum maximū poſuit/ cenſens amicos ſecūdo loco habēdos: quos/ animo pares noiauit. Tu vero recte facis qui cunctos homines ad te amandum allicis. Poſt hunc a ſequēte poſtulat.
Queſtio 27 ℂ Quid ſit pulchritudine dignius/ ℂ Ille/ pietas ait. Nam & ipſa pulchritudo quędam eſt pręcellens: eius autem potentia charitas/ quæ quidem dei munus eſt/ quam & tu poſſides / cuncta in ipſa bona amplectens. Huic magno aſſenſu applaudens: alium interrogauit.
Queſtio 28 ℂ Quemadmodum emiſſa gloria inſtauretur/ ℂ Ille autem ad hæc/ quando inquit clemens omnibus gratuſq; exiſtis quæ res beniuolentiā comparant: fieri nō poteſt vt excidas. & magni pręterea armorum apparatus: maximam ſecuritatem preſtāt. Si qui vero cadunt: ab iis abſtineant oportet/ quorum gratia exciderunt/ amicitiarumq; inde cultores iuſta agant. Dei nāq; donum eſt bonorum operatio. Vbi talibus ſatiſfactum eſt: alius ſententiam querit.
Queſtio 29 ℂ Quomodo ſine triſtitia viueret/ ℂ Tum ille/ ſi neminem inquit leſeris/ omneſq; iuues/ iuſtitia quoſq;

proſequens: ab ea huiuſmodi fructus iocunditatis colligitur.
Sed implorandus eſt deus: ne ea nos ledant quæ preter opi-
nionem noſtram accidunt. vt ſunt mortes/ morbi ęgritudi-
nes/ & cætera huiuſmodi. Te autem quando pius es: horum
nichil inſequetur. Recte & huic reſpondiſſe aſſerens. decimū
ad dicendum hortatur. ¶ Quid ſit in gloria potiſſimū? ¶ Re- Queſtio
ſpondit ille/ deum venerari. non ſacris inquam/ neq; mune- 30
ribus: verum animi puritate ac fide candida/ eius voluntatē
ſequi. Quod quidem & tu perficis id firmum animo gerens/
vt & quicquid feceris/ & quæ facturus ſis omnibus pateant.
Hic rex cunctos collaudatos maiori voce ſalutat: omnibus
& pręſertim philoſophis approbantibus. Nā opere & ſermo-
ne: longe pręſtabant. quippe qui a deo ſententiarum princi-
pium deduxerant. Exin rex cōuiuio leto fruitur. Sequēti vero
die menſis ſolito apparatu īſtructis/ diſcumberunt. Tum rex
ex oportunitate eos deinceps qui ab iis qui pridie dixerant
ſequebantur interrogans: a primo petit. ¶ An prudentia do-
ceri poſſit? ¶ Cui ille/ animi inquit decus quoddam eſt a di- Queſtio
uina potentia fluens ad ſuſcipienda bona/ renuendaq; con- 31
traria. Confeſſus hoc: proximū interrogat. ¶ Quid potiſſimū
valitudini conferat? ¶ Ille/ prudentia reſpondit. quę cōtingit Queſtio
nemini niſi deus mētem ad eam præparauerit. Eo collauda- 32
to: ad alium inquit. ¶ Quibuſnā modis genitoribus dignas
grās referat. Ad ea ille/ ſi nulla in re ait illos triſticia afficias. Queſtio
Sed hoc potuit nēo: niſi de⁹ cognitiōis dux mētē ad pulcher- 33
rima queq; diſponat. Annuēs huic ſequentē poſtulat. ¶ Quo-
modo ſit audiēdi cupidus? ¶ Is ſi exiſtimaueris refert/ ſingu- Queſtio
larum rerū cognitionem tibi vtilem fore. vt aliquid ex iis q̄ 34
audieris ad pręſens tempus cōparās ea eligas quę conueniē-
tiora videbuntur. Sed implorandum eſt vt diuinū adſit nu-
men. ab eo nāq; operationū omniū perfectio eſt. His appro-
batis: ad aliū dixit. ¶ Vt nihil contra leges agat? ¶ Tū ille/ ſi Queſtio
cognoueris inquit/ quoniā deus legiſlator mētes intellectuſq; 35
dederit ad hominū vitā bene regēdā: leges ſequeris. Appro-
bans & hūc: ab alio rogat. ¶ Quod ſit cognitionis cōmodū?
¶ Sic ille/ ſi accidentia inquit reputare volumus: in aduerſis Queſtio
eorū rebus & nos vna grauiter afficimur & p̄imimur/ vel pro 36
cognatorū meſticie magnitudine. fortunantibus autem illis
gloria ide & decore extollimur. Si vero negociū īter ſe beni-
gne ſuſceperit: & cūcta īdiſſolubili glutino ſe habēt/ nihilq; ad
ſecūdas illorū res deſiderat. Verū orandū ē: vt deus cūcta ſe-
cūdet. His itē receptis: ad aliū dixit. ¶ Quēadmodū ītrepi-
d⁹ exiſtat? ¶ Ille ſi mēs īqt nullo⁹ ſibi cōſcia mali deū ſequatq; Queſtio
37

cōſilia omnia in bonū dirigit. Hoc collaudato: ab alio petit.
Queſtio 38 ℭQuomodo recta ratio in promptu ſibi eſſet? ℭSi hominū
inquit ille infortunia ſemper cōſideraueris: reuoluens quales
reru viciſſitudines deus afferat/ alioſq; gloria ſublatos hono-
ribus prouehat/ alioſq; calamitatibus opertos ignominia de-
iiciat. Hunc bene dixiſſe aſſerēs: aliū reſpondere hortatur.
Queſtio 39 ℭQuibuſnā modis: neq; ſocordia neq; voluptatib⁹ diſtrahat?
ℭIlle in prōptu hoc tibi eſt ait: cū & magno regno imperes:
& varia negociorū multitudine tenearis/ vt nō ad aliud qd-
piam traducēdi mentē quies detur. horū igitur cura verſeris
oportet: deūq; roga/ne quod te decet pretermittas. Laudans
& hūc: a decimo poſtulat. ℭQuēadmodū noſcat: qui in eum
Queſtio 40 dolo agant. ℭIlle ad ea reſpōdit/ ſi obſeruaueris qua quiſq;
erga te libertate vtatur: an eoſdē ſemper mores habuerit in
ſalutādo cōſultādoq; ac reliqua vitę conuerſatione/ nec quicq̄
eorū q̄ amicitia poſtulat p̄termiſerit ab affectibus & alijs vi-
tę rationibus. Deus vero tibi rex ad optima queq; intellectū
inſtruet. Hic rex nomine quoſq; appellans/omnes collaudat:
moxq; cūcti in iocūditatē vertuntur. Poſtera die rex conuiuij
oportunitate ſumpta: ſequentem monet vt oſtendere velit.
Queſtio 41 ℭQue ſit maxima negligentia? ℭTū ille ſi quis filiorū inqt
negligens fuerit/ eoſq; nulla in re erudiat. Deo enim ſemper
vota nō pro nobis tantū cōcipimus: quantū precamur/ vt &
liberis noſtris bona cuncta adſint/ eruditionē & prudentiam
impartiatur. Nā id dei virtute euenit. Et hūc recte dixiſſe ob-
teſtatus: ab alio petit. ℭQuomodo patrię cultor exiſteret?
Queſtio 42 ℭSi tibi perſuaſeris ille inquit/ domi viuere & mori optimū
eſſe/ peregrinationē vero agētibus ſtulticiā: diuitib⁹ dedecus
afferre ſeu patria ſuis malis eiecti ſint. Igitur tu bonis quēad-
modū & factis cūctos afficiens: id aſſequeris. deus eni in oibus
gratiā tibi p̄ſtabit. Hoc audito. aliū rogat. ℭVt vxoribus ac-
Queſtio 43 cōmodandū ſit? ℭIlle quandoquidē ait/ fœminarū genus ſui
confidēs eſt/aſperū/ & ſuorū affectuū ſequax/ atq; in lapſum
procliue propter imprudētiā/ & eius naturā imbecillē: verum
ad valitudinē & cōmoda noſtra vtende ſunt/ neq; illis cōtra-
ria ſentētia aduerſādū. Eſt eni dirigēda vita ad certū aliquē
finē: ac veluti nauiū gubernatores ſignū aliquod intēdere. q̄
ꝓfecto omnia & cętera cūcta dei inſtitutione regūt. Aſſentiēs
huic: ꝓximū ad diſſerēdū hortat. ℭQuomodo nō decipiat?
Queſtio 44 ℭAd ea ille ſi ſingula ratione ꝓſecutus ait: detractoribus in-
ſuaſus perſtiteris. ſed tu ipſe vt excellis: dicta q̄q; diſcernens
& facta ſi opationes tuas certo iudicio directas perfeceris in-
decept⁹ rex (vt dicis) eris. Hoc vero intelligere atq; i his ver-
ſari. ē diuę potētię opatio. His dictis rex aliū: ab alio poſcit.

¶ Quemadmodū non ſit iracundus? ¶ Ille/ ſi conſideraueris Queſtio
inquit quoniā is in quo omniū vita pendet / ſi quid per iram 45
agat: mortē pluribus affert. quod quidē triſte & perniciofum
eſt: multorū vitā regi tū cauſa delere. verū cū omnes obſecū-
dent & pareant: nec vnus quidē aduerſetur/ qua de cauſa ira-
ſcēdū eſt? Sed noſſe oportet: vt deus ōni indignatione vacuus
vniuerſū gubernet. quē te imitari neceſſe ē. Rex bene & hunc
reſpōdiſſe dicēs: ſequētē iterrogat. ¶ Quid ſit bene cōſulere? Queſtio
¶ Recte cūcta ille ait/ ex rōnis diſcurſu agere/ ad propoſitum 46
aliquē finē/ rei ſcereq; inutilia & rationi cōtraria. vt mēte p ſin-
gula diſcurſāte/ bene cōſulēdo ꝓpoſitū adipiſcamur. Sed ōne
conſiliū eſt dei virtute firmiſſimū. tibi p̄ſertim pietatē exer-
centi. Applaudens & huic: deinceps oſtēdere iubet. ¶ Quid
ſit philoſophari? ¶ Bene & cōmode ratiocinari/ refert/ circa Queſtio
vnumquodq; eorum quę emergunt/ neq; appetitibus efferri/ 47
negligereq; vana cuncta & ſtulta quæ ex cupiditatibus oriri
ſolent ad peragenda oportuna mēſura quadā deduci. quem
ſtatū vt adipiſcamur deū implorare oportet. Huic ānuēs inge
ad ſequentē. ¶ Quę ſit hoſpitalitatis remuneratio? ¶ Si om- Queſtio
nibus inquit æquus exiſtens q̄ acceperis maiori etiā fœnore 48
accumulata reddideris/ ita vt in hoſpitalitate excellere vide-
aris. Nā & deus plurimū humiles erigit: & ſubiectos hoīnes
diligit. Atteſtās his: ab alio petit. ¶ Quę ſint diuturna opera?
¶ Ille ſi magna inquit quis & veneranda abſoluat. adeo vt Queſtiu
ſpectātes propter operū pulchritudinē & excellētiā illis abſti- 49
neāt/ neq; quēq̄ p̄termittat eorū qui talia expoliūt/ neq; ido-
natos aliquos ad ea perficiēda impellat q̄ vſus poſcit. Etenim
deus cūcta cernens: genus hominū donis accumulat p̄bens
illius bonā valitudinē/ & ſenſus & alia huiuſmodi. Quare &
tu ſimile quid imitatus. laborātibus calamitoſiſq; malorū vi-
ciſſitudinē quietēq; tribue. Ea nāq; perpetua. q̄ ex iuſticia p̄fi-
ciuntur. Recte & hunc reſpondiſſe affirmans: decimū rogat.
¶ Quis ſit ſapiētię fructus? ¶ Is/ nō cōſciū ſibi eē mali reſpō- Queſtio
dit. & vitā in veritate trāſigere. Ex his enim maximū gau- 50
diū & animi voluptas gignitur. pręſtātiſſime rex: & ſpes ī deo
optimę tibi regnanti pie aderūt. His auditis: cuncti ea multo
applauſu approbarunt. Poſt hęc rex multa lęticia plenus: ad
propinandū vertitur. Poſtridie vero vbi ex cōſuetudine tho-
ris omnes diſcubuere: ex ſumpto tēpore / eos qui ſupererant
interrogat/ a primo eorum petēs. ¶ Quonāmodo quis in ſu-
perbiā nō extollatur? ¶ Reſpōdit ille/ ſi ęqualitatem ſeruet & Queſtio
ſingulis in rebus ſumptus meminerit: reuoluēs animo/ vt hō- 51
hominibus prę ſit/ vtq; deus deleat ſuperbos/ māſuetos & hu-
miles extollat. Hortatus hūc: ſequētem ad dicendum monet.
¶ Quibus cōſultoribus vtendū ſit? ¶ His ait qui multis in re Queſtio
52

bus verſatı ſummā erga ſe beniuolētiam ſeruet: atq; moribus
ſınt tui ſimiles. Sed dei claritas oſtendit:q ſint huiuſmodi di-
gni. Laudās & hūc.ab alio poſtulat. ℂQuid regi ſit maxime
Queſtio 53 neceſſariū? ℂ Subditorū inquit amor & dilectio. per hoc nāq;
inſolubile beniuolētię vinculū texitur. deus enī ea perficit.q
recte eligunṫ. Huic ānuens: aliū diffinire hortatur. ℂQuis ſit
Queſtio 54 orationis finis? ℂ Tū ille ꝓpoſito ait de quo dicendū ſit:ad-
uerſario perſuadere/diluendo cōtraria & inepta oſtendendo.
Sic enī inoffenſo currēs pede: finē multa laude aſſequeṫ. Sed
dei opere dirigitur pſuaſio. Bene & hūc dicere teſtatus: aliū
interrogat. ℂ Quō multis in regno populis ſe accommodet?
Queſtio 55 ℂSi decenter cuiq; diſtribueris inquit iuſticiāq;(quēadmodū
facis)ducē ſequaris/ꝑbente deo tibi recta diſcernere. Cōgra-
Queſtio 56 tulatus huic:ad aliū dixit. ℂIn quibus eſt triſtādum? ℂAd
hęc ille reſpōdit/ī amicorū aduerſis. quādoq; dē diuturna ea
& ieuitabilia cernimus:queue calamitatibus opertos interi-
mant. Nā in his meſticiā nulla ratio leuat. Sed de ijs in qui-
bus deſperamus/neq; quicq̄ in his vtile ıuenimus: mortales
omnes cōtriſtantur/malum vero ōnino effugere: diuinę po-
tentię eſt. Sic illi reſpōdendum fuiſſe teſtatus:ad aliū tranſijt
Queſtio 57 petens. ℂQuare quis inglorius fiat? ℂReſpondit ille ſi quā-
do ſuperbia quis ductus exaſpereṫ:vituperationes tūc ſubeūt
& glorię priuatio. Nā deus totius glorię dominator:eā quo
vult declinat. Hoc collaudato:aliū exinde oſtēdere velit ꝓ-
Queſtio 58 caṫ. ℂQuibus ſeipſū credere oporteat? ℂIs q tibi beniuolē-
tia ita afficiātur ingt/ vt neq; timore neq; cupiditate vlla lu-
croue tāganṫ. Amoris vero ſignū/difficulter apparet:& tēpo-
ris obſeruatione indiget. Nā qui diuitijs intēdit:natura pro-
ditor exiſtit. At tibi ōnes tui amatores adſunt.deo tibi recta
cōſilia ꝑbēte. Prudēter & hūc dixiſſe dicēs:aliū rogat. ℂQuid
Queſtio 59 regnū cōſeruet? ℂIlle cura & meditatio reſpondit: ne quid a
rerū ꝓpoſitis male agatur cōmittaturq; in plebē.quēadmodū
facies cū tibi deus ꝑſtantē intellectū ꝑbeat. Hoc laudato:de-
Queſtio 60 inceps petit. ℂQua re gratia/honorq; ſeruet. ℂVirtute ille
inquit.ea enī pulcherrimorū operū perfectrix: malū concul-
cat. quēadmodū & tu quidē excellentē erga ōnes bonitatem
obſeruas:quod diuino tibi munere preſtaṫ. Gratia multa hu-
ı9 quoq; dicta recipiēs:vndecimū ī de quoniā duo a lxx. ſupa-
rent poſtulat. ℂQuomodo & in bellis quoq; animo pacifico
Queſtio 61 ſe habeat. ℂSi propoſueris animo ait/ nichil perperam a tuis
ducibus cōmitti/ verum omnes de virtute inter ſeſe certare:
quoniam eam ſpem animo fixam habeant te ſuatum rerum
curā geſturū/ ſi illos vitę cędere contingat. Non enī triſtitia
afficieris: qn̄quidē cūcta diuino mūere recta diſponas/ꝑbēte
deo tibi boua ſapere. Hic omnes applauſu ſuſcipiens leticia

effūditur/ ac cuiq; propinans/ cum iis diutius oblectatur. Se-
ptima vero die ſplēdidiori appatu/q; plures e ciuitatib9 lega-
tiones adeſſent: conuiuio inſtructo/ rex per occaſionē ad eos
verſus qui nondū ſententiā dixerant/ eorū primū dicere mo- Queſtio. 62
net. ¶ Quemadmodū recte ratiocinetur? ¶ Ille ſi recū inquit/
reputaueris et dicta ipſa/ & a quo dicātur ac qua quiſq; de re
loquatur eandēq; multo poſt tēpore variis modis perquiſie-
ris. Nam ingenii acumen ad diſcernēda queq; (quemadmo-
dum & tu poſſides rex) dei pulcherrimū eſt donum. Ea plau-
ſu approbās: rex alium poſtulat. ¶ Propter quid eſt quod ple- Queſtio. 63
riq; virtutem non aſſequantur? ¶ Hic ille/ quoniā natura ait/
mortales ōnes incōtinētes & ad voluptates pronos finxit. ex
q̄bus iniuſtitia gignit/ et auaritiæ cumulus. virtutis vero ſta-
tus alto loco fixus eos maxime ꝓhibet & reiicit/ q voluptati-
bus deuincuntur. fortitudinē nāq; & iuſtitiam potiſſimū co-
lendas iubet. quorū ductor & largitor deus eſt. Recte & hunc
reſpondiſſe aſſerens: ab alio petit. ¶ Quid reges potiſſimū ſe- Queſtio 64
qui oporteat? ¶ Reſpondit ille/ leges: vt iuſtis operationib9
mortalium vitam regant. quemadmodū & tu peragens: per-
ēnem tui memoriā feciſti/ diuina præcepta ſecutus. Hoc col-
laudato: ſequentē rogat inquiens. ¶ Qui magiſtratibus præfi- Queſtio 65
ciendi ſint? ¶ Ille quicunq; ait/ iniqua odio habēt/ ac tuos imi-
tantur affectus laudūq; dulcedine tracti iuſta ſemper ad adi-
piſcendam gloriā operantur. Quod et tu profecto rex quan-
doquidem deus iuſtitię coronam tribuit aſſequeris. Et hūc
voce approbās: ad aliū verſus poſcit. ¶ Qui ſint duces eligē-
di? ¶ Qui fortitudine & iuſtitia excellāt inquit/ quiq; hominū Queſtio 66
ſalutem cruentę victorię anteponāt. Nā & deus bona ad om-
nes operatur. quē tu ſequut9/ bonis afficis ſubditos tuos. Hu-
ius reſponſum laudans: quęrit inde. ¶ Qui vir admiratione
dignus ſit? ¶ Ad ea ille quicunq; refert/ gloria/ diuitiis & po- Queſtio 67
tentia exuberans: ęquam tamen erga omnes mentē habeat.
quēadmodū & tu talem te gerens: omnibus admirādus exi-
ſtis. deus enī in hāc curā te ducit. Annuēs huic ad aliū dixit.
¶ Quibus in rebus reges diutius verſari debeant? ¶ Tū il- Queſtio. 68
le/ in rerum geſtarū cognitione ait/ in legendiſq; incūbentiū
operum libellis: temporis plurimū aſſumere oporret/ & quę-
cunq; ad conſeruanda regna/ emendādoſq; hominum mores
ſcripta ſunt perquirere. quod tu cū ſtudio peragis/ deuſq; cō-
ſilia tua fecūdet. excellentē ſupra alios gloriā obtines. Ge-
ſtiens huic iubet vt inde ordine alius dicat. ¶ Quid per oci-
um agendum ſit. ne inertia torpeas? ¶ Ille ad hęc/ conſiderā- Queſtio. 69
dum eſt ait multa cum diligētia quęcunq; in mentē venitūt:
& ante oculos vitæ formam & imaginē quādam proponen-

dam. tum qua queq; vt perfecta ſint: conſiderandū. eſt enim
& in his decus ſuum & eruditio quędam. Nam & ſępe in mi-
nimis egregium quiddam elucet. quod eligas. Tu vero quā-
do bonitatē tibi deus ſufficit: elegantiā omnem propter phi-
loſophandi ſtudium amplecteris. Hūc extollens dictis: nouū
petens dic ait. ℭQuomodo in conuiuijs tranſigendum ſit?
ℭIs diſcendi cupidos aſſumendos eſſe refert: & qui regni ne-
Queſtio. 70 gocia meminiſſe poſſit/ & pricipū vitas narrare. his nāq; ſua-
uius nichil/ neq; iocundius inuenies. Quoniam hi quidem
ad eruditionem pulcherrima queq; inſtructi: deum venerā-
tur. quod tu profecto facis: cum preſertim cūcta tibi deus for-
tunet. Quo ꝓbato. rex ab alio petit. ℭQuid potius ſit populis
an priuatum quēpiam regem ſibi conſtituāt/ an vero ex rege
Queſtio. 71 genitū regem ſequatur? ℭReſpondit ille. id quod naturę de-
centius eſt. Etenim cū reges ex regibus orti inſuaues & aſpe-
ri erga populos habeantur: lōge magis & qui a priuato loco
ad hāc magnitudinē vehunť (quando & pauperiē & duros la-
bores experti ſūt) truculētiores impijs tyrannis euadent/ vt
quadam ſubiectis imperantes. Verum vt ſupra dictum eſt:
mos optimus eſt & inſtitutio cōmunis valētiſſima ad regnā-
dum. quēadmodum tu rex magnis imperas. Nam non tantū
gloria & imperio & diuitijs excellis. quantū māſuetudine &
benignitate vniuerſos dei munere allicis. Diutiꝰ & hoc col-
laudato/ verſus ad vltimū. Et tu dic inquit. ℭQuid ſit in re-
Queſtio. 72 gno optimū? ℭTum ille/ in pace inquit ſemper populos cō-
tinere. atq; in cauſis peragendis quantotius recte dijudica-
re. hęc per principem fiunt. quando malos exoſus/ bonos di-
ligit/ plurimiq; exiſtimat ſi hominis animā ſaluam reddat. Si-
cuti & tu: qui hominis necem ſummū ducis ſcelus: cunctaq;
iuſtitia moderans perennem geſtorū tuorum gloriam exor-
nas/ cum deus tibi liberā malis mētē/ omniq; labe exemptā
illuſtrauerit. His ſimul dictis igēs plauſus attolliť/ cūcta leti-
tia & gaudio diutius cōplenť. Sed vt ſunt facta ſilētia tectis:
rex craterem mero ſtatuens propinat/ & his qui ſentētias di-
xerant/ & pręſentibus omnibus/ atq; ita orſus. Maxima īquit
michi veſtra pręſentia adfuſſerūt bona. Nam & plurimū cō-
modi veſtris reſponſis/ & doctrinam ad regnandū attuliſtis.
Hinc tria cuiq; talēta argēti & puerū qui miniſtrauit doua-
ri inſtituit. Ea approbantibus vniuerſis & applaudētibus: le-
ticia & gaudio conuiuiū effunditur/ rege ante omnes feſtiuiſ-
ſime ſoluto. Plura equidem de his dixi Philocrates: hominū
ſapiētię affectus. Mirabar namq; viros ſic ex tempore ad pro-
poſita qnę; tam accomodate/ tamq; elegāter reſpondere po-
tuiſſe: cum preſertim queſtiones huiuſmodi/ diuturna medita-

tione perquiſitæ fuerint. & qui interrogabat: multa prius cogitando ſingula proponeret. Et illi extemporaneis reſponſis/ ita inter ſeſe conuenerunt: ac ſi de his diutius conſultaſſent. Quapropter admiratiōe digni viſi ſunt: cum michi et preſentibus omnibus/ tum maxime philoſophis. Verum enīuero legētium hęc fidem excellere arbitror. & maiora videri/ q̄ quiſq̄ credere poſſit. Sed qui ipſe falſum adijcere voluerim cū eadē & in regijs monumentis cerni liceat/ in quibus vel minimū pretermitti ſomo ſceleri ducatur/ vera igitur atq; vt ſingula geſta ſunt. omni prorſus errore abiecto referimus. Qua in re quo verius ſingula teneremus/ ea diligētia vſi ſumus: vt aſſūptis regijs actis in quibus geſta regis dicta queq; & reſponſa conuiuiaq; referūtur noſtra hęc ex illis mutuati ſimus. Mos eſt etenim quotidie quemadmodū noſti: ex ea diei hora qua primum rex reſpōſa reddere ceperit/ vſq; dū in ſōno quieſcat/ ſingula eius dicta/ geſta/ facta litteris demādare/ rem profecto vtilem & recte inſtitutā. vt cum prioris diei reſponſa & acta releguntur/ ſi quid minus cōmode geſtum ſit/ emendari poſſit. Igitur cuncta (ſicuti diximus) regis monumēta diligentius perſcrutatus. hęc ad te idcirco tranſcripſi/ quoniam intelligerem quantopere bonarum artium deſiderio tenearis. Poſt tris vero dies q̄ ea geſta ſunt. Demetrius viros ad maris inſulam deduxit. trāſmiſſoq; aggere ſeptem ſtadiorū pōtem tranſgreditur: regionem inde quę ad boreā vergit petēs/ ad preparatum conſeſſum venit. Domus erat ſupra littus perq̄ decenter ornata. & quę multo ſilētio quieſceret: rebus ōnibus ad vitæ vſum elegantiſſime diſpoſitis. Illic eos ad peragendā iterpretationem hortatur. viri ſingula inter ſe diſſerendo. conſonum quid edebant. Rurſuſq; ex ijs in quibus ōnium conſenſus acceſſerat. illa Demetrio habēda ſeruabant/ quę digniora/ elegātioraq; videbantur. extēdebatur vero conſeſſus huiuſmodi & diſceptatio ad nonā vſq; diei horam: ſoluto huiuſmodi cōſilio ad curanda corpora diſceditur. Etenim (vt predximus) cuncta ſumptuoſiſſime pręebebantur. Nam & quęcūq; per ſingulos dies rex pręparabat: eadē & his Dorotheus/ cui ea cura demādata erat/ ſtudio aſſequebatur. Ad hęc quotidie regiā aulam inuiſebant: vbi rege conſalutato ad conſueta loca diuertunt. atq; vt mos eſt iudęis omnibus manibus prius in mari lotis. deo preces effūdūt. lectioni inde & rerū interpretationi operam dant. Interrogaui equidem & illud quoq;. cuius gratia cum vota facerent/ manus prius lauarent. Qui tenti talia/ demonſtrarūt illud teſtimonium eſſe: ne quid peperam agant/ ſed pie cuncta ſanctęq; perficiant/ quādoquidē vniuerſa opera manibus exerceantur/ recte ſingula ad iuſtitiam & veritatē

(ſicut p̄diximus referentes. Igitur viri & loci ſilentio et quie-
ti habiti/magnaq; vbiq; rerum amenitate/ ſplēdore traductū
propoſitum opus expoliūt. Euenit autē vt duobus et ſeptua-
ginta diebus quaſi id e cōpoſito inter ſeſe factum fuiſſet: per-
ficeretur huiuſmodi ſcripturæ īterpretatio. Enïuero Demetri-
us rebus rite peractis: omnē iudęorum multitudinem in eū-
dem locum vbi interpretatio perfecta eſt/aduocat. rem omnē
a principio edocet a preſtantibus interpretibus: qui ab vni-
uerſa multitudie maximis gratijs/ & laudibus proſequuti ſūt/
quippe qui preſtātiam bonorū cauſa extiterint. Exin Deme-
trium venerantur: orantq; vt legem huiuſmodi tranſcriptam
ſuis principibus permittere velit/ donec eius cōpoſitione cō-
ſiderent. Igitur dū lex cognoſcitur: aſtantes interpretum ſe-
niores/ vrbiumq; legati & multitudinis pricipes/vna omnes
obteſtātur: recte/ ſancteq; vnūquodq; interpretatum eſſe/ be-
neq; ſe habere ſi ſic permaneant/ neq; in vno quidem permu-
tetur. Approbantibus ea omnibus & rogationi applaudenti-
bus: iubet Demetrius vt pro eorū conſuetudine imprecētur/
ſi qs vel addere/vel mutare/tranſferre/ deleteue audeat quic-
quam ex ijs omnibus quę ſcripta ſūt. Cū vniuerſa hęc rite ex-
pleuiſſent: vt perennis illa ſit ſemperq; ſeruetur adiurat. Eadē
vbi & illi leto plauſu exoptarēt: regi maxime gratificatus eſt
q̄ demādatum ſibi munus egregie obijſſet/ tradetetq; perfe-
ctū. Hic rex poſt vbi ſtudio cūcta explorat diſcitq;/ legiſlato-
ris ſenſus quoſq; lōge admiratus/ ad Demetrium ait. Vt fieri
potuit quando talia hęc tamq; perfecta ſunt: q̄ hiſtoriarū aut
poetarum nemo ſibi aſſumpſerit? Tum ille: cū ob veneran-
dam legis īſtitutionem refert/ tum quia deus prohibuerit. Nā
quidam tantū opus ſibi aſſumere auſi: mox diuina vltione p-
cuſſi/ cōſilio abſtitere. Teſtaturq; inde ſe audiſſe Theopompū
quoniam ex lege ſecretiora quedā in hiſtoria audacius trāſ-
ferre conaretur: ſupra triginta dies mentis turbatione corre-
ptū. Qui cō per morbi iterualla deū imploraſſet. et manifeſto
per inſomniū demonſtratum eſt/ ea gratia id ſibi contigiſſe/
q̄ diuina peruertens in vulgus proijcere tentaſſet. quibus vi-
ſis emendatus: & menti redditus eſt. Et quidē et ipſe com-
peri apud Theodectum tragœdiarum ſcriptorē ſe luminibus
captum: dum quędam ex huiuſmodi libris in ſuū poema trāſ-
ferre vellet. Verum vbi eē cęcitatis cauſam animaduertit: deū
plures oraſſe dies/ atq; ita reſtitutom/ ait. Tum rex obteſtatus
hęc a Demetrio perpulchre dici: adiurat/ iubetq; vt in ſeruā-
dis cuſtodiēdiſq; ab ōni macula libris/ ſūma exhibeatur cu-
ra. Exin interpretes perbenigne alloquens vt cū in iudęā ve-
nerint: frequentius ad ſe cōmeare velint/ hortatur. Aequū eni

Google

eſt inquit: vt nunc pro dignitate domũ deducantur. Si vero redierint. amicos illos ſicut fas eſt habiturũ/ & magnis inſuper muneribus ornaturũ pollicemur. Mox hominum reditus paretur/ imperat: digna ſui magnificentia erga eos vſus. Etenim ſingulos tribus inclytis ſtolis donat: additq; preterea auri talenta duo/ crateremq; præſtantẽ/ talenti põdo vnius. addit omnẽ diuerſorii ornatum. Mittit adhęc Elearaʒo thoros decẽ argenteis pedibus ſuffultos: cũ his omnibus rebus quę ad illorum decus exquirũtur. alia inſuper talẽta triginta/ ſtolas decem/ purpurã/ coronamq; decẽtem. tunicas byſſinas ad centum. & phialas & pelues crateresq; aureos ad libamina duos. Litteris deĩde ſuis eũ exortatus eſt: ne hoĩes prohiberet/ ſi quando eorũ quiſpiam ad ſe redire mallet. Nam cũ doctorum virorum conſuetudines pluris faceret: in his cõſequendis opes ſuas non quidem vanis in rebus vt prodigi: ſumptuoſiſſime elargiebatur. Habes tu quidem Philocrates munus/ quod polliciti ſumus: in quo legendo maiorẽ te profecto voluptatem capturum arbitror/ q̃ ſi in percurrendis fabuloſarũ rerum libris/ oblecteris. Cum preſertim magnorum geſtorum exercitatione/ in quo quidem diutius verſaris: ingenium exerceas. Quapropter enitar digna queq; ad te deĩceps perſcribere. vt preſtantiſſimarum rerum inter nos amoris certamen excitetur. Vale.

ARISTEAE DE LXXII LEGIS
HEBRAICE INTERPRE
TATIONE
FINIS.

¶Errata nõnullis ĩ locis ex Eccleſiaſtæ deprehẽſa: et in officina ſedulo recognita.

Linea	Recognita ex Eccleſiaſte	Fo.	Pa.
cipit	enartanda pleraq;.ſcriben. pleraq;	2	1
vt	non pro grederemur. legẽ.nõ ꝓgrederemur	6	1
ipſa	ẽt hoc item .legen.& hoc item	6	1
tame	tame ac.legẽ.tamen ac	8	1
ſequit	ſed aimi intẽtio.ſcriben.ſed animi intentio:	8	1
limi	aduerſũ meſacimus.legẽ.aduerſũ me facinus	10	1
ſole	malũ eni facimus.legen.facinus	10	1
malũ	aduerſũ me facimus.legẽ:facinus	10	1
linquã	et quis ſic.legen.& quis ſcit	10	1
veluti	virtute cõſumatus.legen.cõſumatus.	12	1
Aliter	id ẽ quoq;.legen.idem quoq;	13	2
huc	tranſferi aſſerentes. legen.tranſferri	15	1
minis	& obprobria ſcriben.opprobria	17	1
fidem	regale ſacer-legen.ſa-	18	2
cogno.	non habeant legen.non habeam	24	2
nitus	ſibi cõucuiens legẽ.ſibi cõueniens	25	2
rum	hic quoq; calligo.ſcriben.caligo	28	1
enim	homines perſciremus legẽ.pręſciremus	29	2
ac	opinioneq;.legen. opinioneſq;	30	1
loſis	venatur erretitos legen.irretitos	31	1
vxore	veba hęc.legen. verba hęc	37	1
tellige	tellige. legen.intellige	37	1
entia	nihili facta eſt/legendum.nihili	37	1
extẽdit	extenditn/ ec legen.extendit/ nec	39	2
ſit cor	in diebus iuuentis.legen.iuuentutis	42	1
prius	Alijs cau-legen. Alijs ean-	46	1

¶Recognita ex Ariſtea.

iſtituẽdis	iſtituendis pficiciendiſq; legẽ. pficiẽdiſq;	49	1
viris	cum omni vitute legen. virtute	49	1
ne	proprijs caracteribus ſcriben.characteribus	50	1
craſſitudo	multorũ talentorũ legen.talentorum	54	1

¶Hęc ſuperius annotata: compluribus in locis caſtigata inuenies & vbi pmũ depręhenſa fuerant/ in ipſa officina ad limã reducta. Si qua vero alia mendoſa occurrerint ex litterarũ adiectiõe/ omiſſione/ prępoſtero ſitu aut permutatione cõtracta: ea facile ſuo quiſq; ingenio dephendet/ neq; quis ex ipſis vnq̃ a recta ſententia aberrandi trahet occaſionem.

¶Ex officina Henrici Stephani.xxvj.Martij.m.d.xij.